Beata Maria



wynkyn de worde

Hore beate Marie virginis ſecundum vſum Inſignis eccleſie Sarum / tota-liter ad longum ⁊ ſine require.

¶ Almanac pro. xix. annis.

Numerus anni	Paſcha	Aureus numer⁹	Littera dñicalis	
m ccccc iii	xvi aprilis	iii	A	
m ccccc iiii	vii aprilis	iiii	F	G
m ccccc v	xxiii marcii	v	E	
m ccccc vi	xii aprilis	vi	D	
m ccccc vii	iiii aprilis	vii	C	
m ccccc viii	xxiii aprilis	viii	A	B
m ccccc ix	viii aprilis	ix	G	
m ccccc x	xxxi marcii	x	F	
m ccccc xi	xx aprilis	xi	E	
m ccccc xii	xi aprilis	xii	C	D
m ccccc xiii	xvii marcii	xiii	B	
m ccccc xiiii	xvi aprilis	xiiii	A	
m ccccc xv	viii aprilis	xv	G	
m ccccc xvi	xxii marcii	xvi	E	F
m ccccc xvii	xxiii aprilis	xvii	D	
m ccccc xviii	iiii aprilis	xviii	C	
m ccccc xix	xvii aprilis	xix	B	
m ccccc xx	viii aprilis	i	G	A
m ccccc xxi	xxxi marcii	ii	F	

MUSEUM

[redacted] Januarius habet dies.xxxi.
Luna vero.xxx.

iii	[redacted]	Circuncisio domini
	b	Octaue ſancti ſtephani
xi	c	Octa.ſcti Johãnis. Sctē Genoueſe
	d	Octaue ſanctorum Innocentium.
xix	e	Oct.ſcti thome. Depoſitio ſ.edwar.
viii	f	Epiphania domini.
	g	Sanctoꝝ felicis ⁊ Januarii
xvi	[redacted]	Luciani ⁊ ſocioꝝ eius.
v	b	Sancti Judoci.
	c	Pauli primi heremite.
xiii	d	Iginii pape martyris.
ii	e	Sancti archadii martyris.
	f	Hylarii epi Sol in ariete.
x	g	Sancti felicis.
	[redacted]	Mauri abbatis. Sancti Iſidori.
xviii	b	Sancti Marcelli pape.
vii	c	Sulpicii epi. Depoſitio ſ.anthonii.
	d	Sancte priſce virginis
xv	e	Sancti vulſtani epi
iiii	f	Sanctoꝝ fabiani ⁊ Sebaſtiani.
	g	Agnetis virginis
xii	[redacted]	Uincentii martyris
i	b	Emerentiane virginis
	c	Sancti thimothei
ix	d	Conuerſio ſancti pauli.
	e	Policarpi epi ⁊ martyris.

xvii	f	Sancti Juliani epiſcopi.
vi	g	Agnetis ſcdo. Thome de aq̄no.
	[redacted]	Valerii ep̄i diſcipuli ſancti petri.
xiiii	b	Batildis regine.
iii	c	Saturnini ⁊ victoꝛis martyꝛum
[redacted]		Februarius habet dies. xxviii
		Luna vero. xxix.
	d	Bꝛigide Ignacii ep̄i ⁊ confeſſoꝛis
xi	e	Purificatio beate marie
xix	f	Blaſii ep̄i ⁊ martyꝛis.
viii	g	Sancti Gilberti.
	[redacted]	Agathe virginis ⁊ martyꝛis.
xvi	b	Vedaſti ⁊ amandi epiſcopoꝝ
v	c	Anguli epiſcopi.
	d	Pauli ep̄i. Luci ⁊ ciriaci.
xiii	e	Appolonie virginis
ii	f	Scolaſtice virgiuis.
	g	Eufraſie virginis.
x	[redacted]	Eulalie virginis. Sol in piſce.
	b	Wulfranni epiſcopi.
xviii	c	Valentini ep̄i ⁊ martyꝛis.
vii	d	Fauſtini ⁊ Joniti.
[illegible]	e	Juliane virginis. [illegible]
xv	f	Policronii ep̄i ⁊ martyꝛis.
iiii	g	Symeonis ep̄i ⁊ martyꝛis.
	[redacted]	Sabini ⁊ Juliani martyꝝ.
xii	b	Mildꝛede virginis.
i	c	Sanctoꝝ ſexagintanouem martyꝝ

	d	Cathedra ſancti Petri.
ix	e	Policarpi Locus biſſexti.
	f	Mathie apoſtoli.
xvii	g	Inuentio ſancti pauli apoſtoli
vi	[redacted]	
	b	Sancti auguſtini.
xiiii	c	Oſwaldi epi & confeſſoris.
[redacted]		Marcius habet dies.xxxi.
		Luna vero.xxx.
iii	d	Sancti dauid epiſcopi
	e	Cedde epiſcopi & confeſſoris
xi	f	Sanctorum Maurini & aſterii
	g	Sancti adriani.
xix	[redacted]	Sanctorum foce & euſebii
viii	b	Victoris & victorini
	c	Perpetue & felicitatis.
xvi	d	Depoſitio ſãcti felicis epi & ꝯfeſſoris.
v	e	Quadraginta martyrum.
	f	Agape virginis.
xiii	g	Sanctorum Quirion & Candidi.
ii	[redacted]	Gregorii pape.
	b	Theodore martyris.
x	c	Petri martyris. Sol in ariete. Equnoc.
	d	Longini martyris.
xviii	e	Sctõrum martyrum Hylarii & tacoam
vii	f	Patricii epi Ghertrudis virginis.
	g	Edwardi regis.
xv	[redacted]	Joſeph ſponſi beate marie virginis.

iiii	b	Sancti Cuthberti	
	c	Benedicti abbatis.	xvi
xii	d	Affrodoſii epi	v
i	e	Theodori preſbyteri.	
	f	Agapiti martyris	xiii
ix	g	Annunciatio dominica	ii
	[redacted]	Caſtoris martyris	
xvii	b	Reſurrectio dñi principale.	x
vi	c	Dorothee virginis	
	d	Sancti victorini	xviii
xiiii	e	Quirini martyris.	vii
iii	f	Sancti Aldelmi epiſcopi.	

Si ſcire volueris diē paſche cuiuſlibet anni accipe numeꝝ aureū rubeū illius anni / hic in menſe marcii ⁊ aprilis ad latus dextrum poſitum : quo inuento quere proximā dñicam ſequentē: ⁊ illa dñica erit paſcha.

[redacted] Aprilis habet dies.xxx.
Luna vero.xxx.

	g	Theodore virginis	xv
xi	[redacted]	Marie egypciace.	iiii
	b	Ricardi epi. Pancracii.	
xix	c	Sancti Ambroſii epiſcopi.	xii
viii	d	Martiniani ⁊ marciani martyꝝ	i
xvi	e	Sixti pape ⁊ martyris.	
v	f	Eufemie virginis.	ix
	g	Egeſippi ſociorūq; eius	
xiii	[redacted]	Perpetui epiſcopi	xvii

ii	b	Paſſio ſanctaꝝ ſeptē virginū.	vi
	c	Sancti Guthlaci.	
x	d	Julii [redacted] ⁊ Conſtantini epi	xiiii
	e	Eufemie virgis. Sol in tauro.	iii
xviii	f	Tiburcii ⁊ valeriani	
vii	g	Oſwaldi archiepiſcopi.	xi
	[redacted]	Sancti Iſidori	
xv	b	Aniceti [redacted]	xix
iiii	c	Eleutherii ⁊ anthie	viii
	d	Alphegi epiſcopi.	
xii	e	Victoris [redacted] ⁊ martyris.	
i	f	Symeonis epi ⁊ martyris.	
	g	Sotheris. Inuētio ſcti dyoniſii.	
ix	[redacted]	Georgii martyris	
	b	Wilfridi epiſcopi ⁊ confeſſoris.	
xvii	c	Marci euangeliſte	
vi	d	Cleti [redacted]	
	e	Anaſtaſii pape	
xiiii	f	Vitalis martyris	
iii	g	Petri mediolanenſis.	
	[redacted]	Depoſitio ſancti Erkenwaldi	
[redacted]		Maius habet dies. xxxi.	
		Luna vero. xxx.	
xi	b	Philippi ⁊ Jacobi apoſtoloꝝ	
	c	Athanaſii epiſcopi.	
xix	d	Inuentio ſancte Crucis.	
viii	e	Feſtum corone ſpinee domini.	
	f	Sancti godardi	

xvi	g	Johannis ante portam latinam
v	[redacted]	Johannis de beuerlaco
	b	Apparitio ſancti Michaelis
xiii	c	Tranſlatio ſancti Nicolai.
ii	d	Gordiani ⁊ epimachi
	e	Anthonii martyris.
x	f	Nerei Achillei atqꝫ Pancracii
	g	Seruacii epī ⁊ confeſſoris.
xviii	[redacted]	Bonefacii martyris
vii	b	Iſidori martyris.
	c	Brandani epī ⁊ confeſſoris.
xv	d	Tranſlatio ſancti Bernardi.
iiii	e	Dyoſcori martyris.
	f	Dunſtani epī ⁊ confeſſoris.
xii	g	Sctī Bernardini. Ethelberti regis
i	[redacted]	Helene regine Uitalis preſbyteri.
	b	Sancte Juliane virginis.
ix	c	Sancti deſiderii martyris.
	d	Tranſlatio ſancti franciſci
xvii	e	Sancti aldelmi.
vi	f	Sancti Anguſtini
	g	Sancti Bede preſbyteri.
xiiii	[redacted]	Sancti germani.
iii	b	Sancti coronis martyris
	c	Sancti Felicis pape Huberti
xi	d	Sancte petronille virginis.

[redacted] Junius habet dies.xxx.
Luna vero.xxx.

	e	Sancti nichomedis.
xix	f	Sancti Marcellini
viii	g	Sancti Eraſmi
xvi	[illegible]	Sancti petrocii
v	b	Sancti Bonefacii.
	c	Sancti Melonis archiepiſcopi
xiii	d	Tranſlatio ſancti vulſtani epiſcopi
ii	e	Wilhelmi archiepi̅. Medardi
	f	Tranſlatio ſancti Edmundi
x	g	Trāſlatio ſcti yuonis epi̅ ⁊ cōfeſſoris
	[illegible]	Barnabe apl̄i. Scti Anthonii mō.
xviii	b	Sancti Baſilidis.
vii	c	Sancti anthonii de ordine minorꝝ.
	d	Sancti Baſilii epiſcopi
xv	e	Sctōꝝ viti ⁊ modeſti. Sol in cancro
iiii	f	Tranſlatio ſancti Ricardi.
	g	Sancti Bothulphi
xii	[illegible]	Marci ⁊ Marcelliani.
i	b	Geruaſii ⁊ prothaſii martyꝝ.
	c	Tranſlatio ſancti edwardi
ix	d	Walburge virginis
	e	Albani martyris.
xvii	f	Etheldrede virginis Vigilia
vi	g	Natiuitas ſancti iohānis baptiſte
	[illegible]	Tranſlatio eligii epi̅.
xiiii	b	Johannis ⁊ pauli
iii	c	Sancti Creſcentis.
	d	Leonis pape ⁊ ꝯfeſſo. Vigilia

xi	e	Petri ⁊ pauli apoſtolorum
	f	Cōmemoratio ſancti pauli
[redacted]		Julius habet dies.xxxi.
		Luna vero.xxx.
xix	g	Octaue ſancti Johannis baptiſte
viii	[redacted]	Viſitatio beate marie.
	b	Tranſlatio ſancti thome apoſtoli
xvi	c	Tranſlatio ſancti martini
v	d	zoe virginis ⁊ martyris.
	e	Octaue petri ⁊ pauli.
xiii	f	Tranſlatio [illegible] martyris.
ii	g	Depoſitio ſancti grimbaldi
	[redacted]	Cerilli epiſcopi ⁊ martyris.
x	b	Septem fratrum martyrum
	c	Tranſlatio ſancti benedicti abbatis.
xviii	d	Naboris ⁊ felicis.
vii	e	Priuati martyris.
	f	Diuiſio aploꝝ. Incipiūt dies canic.
xv	g	Tranſlatio ſancti ſwithuni.
iiii	[redacted]	Tranſlatio ſ. oſmūdi Sol in leone
	b	kenelmi regis ⁊ martyr.
xii	c	Arnulphi epiſcopi
i	d	Rufine ⁊ Juſtine.
	e	Margarete virginis
ix	f	Praxedis virginis.
	g	Marie magdalene
xvii	[redacted]	Appollinaris martyris.
vi	b	Criſtine virginis. Vigilia.

	c	Jacobi apli. Xpofoꝛi ⁊ cucufati.
xiiii	d	Anne matris Marie
iii	e	Septē doꝛmiētiū. Marthe hoſpitis
	f	Sampſonis epiſcopi
xi	g	Felicis ⁊ ſocioꝛum eius
xix	[redacted]	Sanctoꝝ abdon ⁊ ſennes
	b	Germani epī ⁊ confeſſoꝛis.
[redacted]		Auguſtus habet dies.xxxi.
		Luna vero.xxx.
viii	c	Petri ad vincula.
xvi	d	Stephani pape
v	e	Inuentio ſancti ſtephani
	f	Juſtini pꝛeſbyteri.
xiii	g	Oſwaldi. Feſtum niuis.
ii	[redacted]	Tranſfiguratio domini.
	b	Feſtum dulciſſimi nominis Jeſu
x	c	Sancti Ciriaci
	d	Sancti Romani Uigilia
xviii	e	Sancti Laurentii martyꝛis
vii	f	Sancti Thiburcii
	g	Sancte Clare
xv	[redacted]	Ipoliti ⁊ ſocioꝛum
iiii	b	Euſebii. Uigilia.
	c	Aſſumptio beate Marie v̄ginis.
xii	d	Sancti Rochi Sol in virgine.
i	e	Octaue ſancti Laurentii
	f	Sancti Agapiti.
ix	g	Magni martyꝛis

	[redacted]	Ludouici epiſcopi.
xvii	b	Sancti Bernardi.
vi	c	Octaue Aſſumptionis beate Marie
	d	Thimothei ⁊ appollinaris. Uigilia
xiiii	e	Bartholomei apoſtoli.
iii	f	Ludouici regis francorum.
	g	Sancti ſeuerini.
xi	[redacted]	Rufi martyris
xix	b	Sancti auguſtini.
	c	Decollatio ſancti Johannis baptiſte
viii	d	Felicis ⁊ audacti.
	e	Cuthberge virginis.
[redacted]		September habet dies. xxx.
		Luna vero. xxx.
xvi	f	Egidii abbatis
v	g	Anthonii martyris.
	[redacted]	Ordinatio ſancti Gregorii pape.
xiii	b	Tranſlatio ſancti Cuthberti
ii	c	Bertini abbatis.
	d	Sancti Eugenii
x	e	Euurcii epiſcopi ⁊ confeſſoris.
	f	Natiuitas beate Marie.
xviii	g	Gorgonii martyris.
vii	[redacted]	Sancti ſiluii epiſcopi.
	b	Prothi ⁊ iacincti
xv	c	Martiniani epiſcopi.
iiii	d	Maurilii epiſcopi
	e	Exaltatio ſancte crucis.

xii	f	Octaue beate marie. Equinoctiū.
i	g	Edithe virginis. Sol in libra.
	[redacted]	Lamberti epi ⁊ martyris.
ix	b	Victoris ⁊ Corone
	c	Januarii martyris.
xvii	d	Euſtachii. Vigilia.
vi	e	Sancti mathei apoſtoli.
	f	Mauricii ⁊ ſociorum.
xiiii	g	Tecle virginis.
iii	[redacted]	Andochii martyris.
	b	Firmini epiſcopi.
xi	c	Cypriani ⁊ Juſtini.
xix	d	Coſme ⁊ damiani.
	e	Exuperii epiſcopi.
viii	f	Michaelis archangeli
	g	Jheronymi preſbyteri.
[redacted]		October habet dies .xxxi. Luna vero .xxx.
xvi	[redacted]	Remigii epiſcopi Bauonis.
v	b	Leodegarii epiſcopi.
xiii	c	Candidi martyris.
ii	d	Franciſci confeſſoris
	e	Appollinaris martyris.
x	f	Sancte fidis.
	g	Sanctoꝝ marci ⁊ marcelliani.
xviii	[redacted]	Sancte pelagie
vii	b	Dyoniſii ruſtici ⁊ eleutherii.
	c	Gereonis ⁊ ſociorum eius.
xv	d	Nichaſii epiſcopi.

iiii	e	Sancti Wilfridi
	f	Tranſlatio ſancti Edwardi.
xii	g	Calixti pape.
i	[redacted]	Sancti Wulfranni
	b	Michaelis archã. Sol in ſcorpiõe.
ix	c	Etheldrede virginis.
	d	Luce euangeliſte
xvii	e	Fredeſwide virginis.
vi	f	Auſtroberte virginis
	g	Undecim milia virginum
xiiii	[redacted]	Marie ſalome.
iii	b	Romani epiſcopi.
	c	Maglorii epiſcopi
xi	d	Criſpini & criſpiniani
xix	e	Euariſti pape.
	f	Florentii martyris Uigilia
viii	g	Simonis & iude apoſtolorum.
	[redacted]	Narciſci epiſcopi.
xvi	b	Germani & capuani epiſcoporum.
v	c	Quintini martyris.
[redacted]		Nouember habet dies.xxx.
		Luna vero.xxx.
	d	Feſtum omnium ſanctorum
xiii	e	Commemoratio animarum.
ii	f	Wenefrede virginis.
	g	Sancti amantii
x	[redacted]	Leti preſbyteri
	b	Leonardi abbatis
xviii	c	Willibrordi archiepiſcopi.

vii d Quattuor coronatorum
e Sancti theodori.
xv f Martini ep̄i .
iiii g Martini epiſcopi.
[redacted] Paterni martyris.
xii b Bricii epiſcopi.
i c Tranſlatio ſancti Erkenwaldi.
d Macuti. Sol in ſagittario.
ix e Depoſitio ſancti Edmundi.
f Hugonis epiſcopi.
xvii g Octaue ſancti martini.
vi [redacted] Elizabeth matrone.
b Edmundi regis.
xiiii c Preſentatio beate marie virginis
iii d Cecilie virginis.
e Clementis pape ⁊ martyris.
xi f Griſogoni martyris.
xix g Katherine virginis ⁊ martyris
[redacted] Lini pape ⁊ martyris
viii b Sanctorum agricole ⁊ vitalis.
c Rufi martyris.
xvi d Saturnini criſantis. ⁊c. Vigilia.
v e Andree apoſtoli.
[redacted] December habet dies. xxxi.
Luna vero. xxx.
f Eligii epiſcopi.
xiii g Sancti Libiani
ii [redacted] Barbare virginis ⁊ martyris.

x	b	Oſmundi epiſcopi.	
	c	Sabbe abbatis.	
xviii	d	Nicolai epiſcopi.	
vii	e	Octaue ſancti andree.	
	f	Conceptio beate marie.	
xv	g	Cypriani abbatis.	
iiii	[illegible]	Sancte eulalie.	
	b	Damaſi pape.	
xii	c	Pauli epiſcopi & confeſſoris.	
i	d	Lucie virginis	
	e	Othilie virginis.	
ix	f	Ualerii epiſcopi & ꝯfeſſoris.	
	g	Sol in capricorno.	
xvii	[illegible]	Lazari epiſcopi.	
vi	b	Graciani epiſcopi.	
	c	Veneſie virginis.	
xiiii	d	Julii martyris	Uigilia.
iii	e	Thome apoſtoli.	
	f	Triginta martyrum.	
xi	g	Uictorie virginis.	
xix	[illegible]	Sanctarum virginũ.xl.	Uigilia.
	b	Natiuitas dñi noſtri ieſu chriſti.	
viii	c	Stephani prothomartyris.	
	d	Johannis euangeliſte	
xvi	e	Sanctorum innocentium	
v	f	Thome martyris.	
	g	Tranſlatio ſancti Jacobi.	
xiii	[illegible]	Silueſtri pape.	

Initium ſancti euangelii ſecundum Johan-
nem. Gloria tibi domine.



In principio erat verbum
⁊ verbum erat apud deū:
⁊ deus erat verbum. Hoc erat in
principio apud deum. Omnia
per ipm facta ſunt ⁊ ſine ipſo fa-
ctum eſt nichil. Quod factū eſt
in ipſo vita erat: et vita erat lux
hominū: et lux in tenebris lucet
⁊ tenebre eam nō comprehenderūt. Fuit homo
miſſus a deo: cui nomē erat Johānes. Hic venit
in teſtimoniū/ vt teſtimoniū phiberet de lumīe
vt omēs crederēt p illū. Non erat ille lux: ſed vt
teſtimoniū phiberet de lumine. Erat lux vera
que illuminat omnē hominē venientē in hunc
mundū. In mūdo erat: ⁊ mūdus p ipm factus
eſt: ⁊ mūdus eū nō cognouit. In ppria venit: et
ſui eū nō receperūt. Quotquot aūt receperunt
eū dedit eis poteſtatē filios dei fieri: his qui cre-
dūt in nomine eius. Qui nō ex ſanguinibus: ne
q̃ ex volūtate carnis: neq̃ ex voluntate viri: ſed
ex deo nati ſunt. Et verbum caro factū eſt: ⁊ ha
bitauit in nobis. Et vidimus gloriā eius gloriā
quaſi vnigeniti a patre: plenū gratie ⁊ veritatꝫ.
Deo grās. Laus deo: pax viuis: ⁊ reqes defūctꝫ
Sequentia ſancti euangelii ſecūdum Lucā.
Gloria tibi domine.

[redacted] N illo tp̄e. Miſſus eſt gabꝛiel angelus a
deo in ciuitatē galilee cui nomē nazareth
ad virginē deſpōſatā viro: cui nomē erat ioſeph
de domo dauid ꝛ nomen virginis maria. Et in
greſſus angelus ad eā/ dixit. Aue gr̄a plena dn̄s
tecū: benedicta tu in mulieribus. Que cū audiſ
ſet turbata eſt in ſermone eiꝰ: ꝛ cogitabat qualis
eſſet iſta ſalutatio. Et ait angelus ei. Ne timeas
maria: inueniſti enim gratiā apud dn̄m. Ecce
cōcipies in vtero ꝛ paries filiū: ꝛ vocabis nomē
eius ieſum. Hic erit magnus ꝛ filiꝰ altiſſimi vo
cabit̄: ꝛ dabit illi dn̄s deus ſedē dauid p̄ris eius:
ꝛ regnabit in domo Jacob in eternū: ꝛ regni eiꝰ
nō erit finis. Dixit autē maria ad angelū. Quo
modo fiet iſtud: q̄m virū nō cognoſco. Et reſpō
dens angelus dixit. Sp̄us ſct̄us ſupueniet in te
ꝛ virtus altiſſimi obumbꝛabit tibi. Ideoqꝫ ꝛ qđ
naſcet̄ ex te ſanctū: vocabitur filius dei. Et ecce
elizabeth cognata tua: ꝛ ipa cōcepit filiū in ſene
ctute ſua. Et hic menſis eſt ſextus illi que voca-
tur ſterilis: quia non erit impoſſibile apud de-
um omne verbum. Dixit autem maria. Ecce
ancilla domini: fiat michi ſecundum verbum
tuum. Deo gratias. [redacted]
[redacted] Sequentia ſancti euangelii ſecundū Mathe
um. Gloꝛia tibi domine. [redacted]
[redacted] um natus eſſet ieſus in bethleem iude:
in diebꝰ herodis regis. Ecce magi ab oꝛi

ente venerunt hieroſolymā dicētes. Ubi eſt qui natus eſt rex iudeoꝝ: Uidimus enim ſtellam eius in oriente: ⁊ venimꝰ cum muneribus adorare eum. Audiens autē herodes rex turbatus eſt: ⁊ om̄is hieroſolyma cū illo. Et congregans om̄es principes ſacerdotum et ſcribas populi: ſciſcitabatur ab eis vbi chriſtus naſceretur. At illi dixerūt ei. In bethleem iude. Sic enim ſcriptum eſt per prophetā. Et tu bethleem terra iuda: nequaq̄ minima es in principibus iuda Ex te enim exiet dux qui regat populum meum iſrael. Tunc herodes rex clam vocatis magis diligenter didicit ab eis tempus ſtelle que apparuit eis. Et mittens eos in bethleem dixit. Ite et interrogate diligenter de puero: ⁊ cum inueneritis renunciate michi: vt ⁊ ego veniens adorē eum. Qui cum audiſſent regem abierunt. Et ecce ſtellam quam viderant in oriente antecedebat eos: vſqꝫ dum veniens ſtaret ſupra vbi erat puer. Uidentes autem ſtellam magi: gauiſi ſūt gaudio magno valde. Et intrantes domum inuenerunt puerum cum maria matre eius. Et procidentes adorauerunt eum. Et apertis theſauris ſuis: obtulerunt ei munera/ aurū/ thus/ ⁊ myrrham. Et reſponſo accepto in ſomnis ne redirent ad herodem: per aliam viā reuerſi ſunt in regionem ſuam. Deo gratias.

¶ Sequentia ſancti euangelii ſecundū Marcū Gloria tibi domine.

In illo tempore. Recumbentibus vndecim diſcipulis apparuit illis Jeſus: ⁊ exprobrauit incredulitatē illoꝝ ⁊ duriciam cordis Quia his qui viderant eum reſurrexiſſe a mortuis: nō crediderāt. Et dixit eis. Euntes in mūdum vniuerſum: p̄dicate euangelium om̄i creature. Qui crediderit ⁊ baptiſatus fuerit: ſaluꝰ erit. Qui vero non crediderit condemnabitur. Signa autem eos qui crediderint / hec ſequentur. In nomine meo demonia eiicient: linguis loquentur nouis: ſerpentes tollent: ⁊ ſi mortiferum quid biberint non eis nocebit. Sup egros manus imponent: ⁊ bene habebunt. Et dominus quidem ieſus poſtq̄ locutus eſt eis: aſſumptus eſt in celum: ⁊ ſedet a dextris dei. Illi autē profecti predicauerūt vbiq; domino cooperante: et ſermonem confirmante ſequentibus ſignis. Deo gratias.

¶ This prayer folowynge ought for to be ſayd at maſſe whan the preſte hath ſayd the goſpell

Per hec ſancta euangelica dicta deleantur vniuerſa noſtra delicta.

¶ Paſſio domini noſtri Jeſu chriſti ſecundum Johannem.



Greſſus eſt dominus ieſus cum diſcipu-
lis ſuis trās torrētem cedron: vbi erat or-
tus in quem introiuit ipſe & diſcipuli eius. Scie-
bat autē & iudas qui tradebat eū locuz quia fre-
quenter ieſus cōuenerat illuc cū diſcipulis ſuis.
Judas ergo cū accepiſſet cohortē a pōtificibus

⁊ phariſeis miniſtros: venit illuc cum laternis ⁊
facibus et armis. Jeſus itaq; ſciens omnia que
ventura erant ſuꝑ eum ꝓceſſit ⁊ dixit eis. Quē
queritis? Reſponderūt ei. Jeſum nazarenum.
Dixit eis ieſus. Ego ſum. Stabat autē ⁊ iudas
qui tradebat eum cum ipſis. Ut ergo dixit eis ie
ſus ego ſum: abierunt retrorſum ⁊ ceciderūt in
terram. Jterum ergo eos interrogauit. Quem
queritis? Jlli autem dixerūt. Jeſum nazarenū.
Reſpondit ieſus. Dixi vobis quia ego ſum. Si
ergo me queritis ſinite hos abire. Ut impleret
ſermo quem dixit: quia quos dediſti michi non
perdidi ex eis queq;. Simon ergo petrus habēs
gladium eduxit eum: ⁊ percuſſit pontificis ſer-
uum: ⁊ abſcidit auriculam eius dextram. Erat
autem nomen ſeruo malchus. Dixit ergo ieſus
petro. Mitte gladium tuum in vaginam: cali-
cem quem dedit michi pater non vis vt bibam
illum? Cohors ergo ⁊ tribunus ⁊ miniſtri iude-
orum comprehenderunt ieſum ⁊ ligauerūt eū:
et adduxerunt eum ad annam primum. Erat
enim ſocer cayphe: qui erat pontifex anni illius
Erat autem cayphas qui conſilium dederat iu
deis / quia expedit vnū hominem mori pro po-
pulo. Sequebatur autem ieſum ſimon petrus
⁊ alius diſcipulus. Diſcipulus autē ille erat no-
tus pontifici: ⁊ introiuit cum ieſu in atriū ponti
ficis. Petrus autem ſtabat ad oſtiū foris. Exi-

uit ergo diſcipulus alius / qui erat notus ponti-
fici: & dixit oſtiarie: & introduxit petrum. Dixit
autem petro ancilla oſtiaria. Nunquid et tu ex
diſcipulis es hominis iſtius? Dixit ille. Non ſū.
Stabant autē ſerui & miniſtri ad prunas: quia
frigus erat et calefaciebant ſe. Erat autem pe-
trus cum eis: ſtans & calefaciens ſe. Pontifex er
go interrogauit ieſum de diſcipulis ſuis & de do
ctrina eius. Ego palam locutus ſum mundo:
ego ſemper docui in ſynagoga & in templo quo
omnes iudei conueniunt: et in occulto locutus
ſum nichil. Quid me interrogas? Interroga e-
os qui audierunt quid locutus ſum ipſis. Ecce
hi ſciunt que dixerim ego. Hec autem cum dix-
iſſet: vnus aſſiſtens miniſtrorum dedit alapam
ieſu dicens. Sic reſpondes pontifici? Reſpon-
dit ieſus. Si male locutus ſum / teſtimonium
perhibe de malo. Si autem bene: quid me ce-
dis? Et miſit eum annas ligatum ad caypham
pontificem. Erat autem ſymon petrus ſtans &
calefaciens ſe. Dixerunt ergo ei. Nunquid et
tu ex diſcipulis eius es? Negauit ille et dixit.
Non ſum. Dixit ei vnus ex ſeruis pontificis: co
gnatus eius / cuius abſcidit petrus auriculam.
Nonne ego te vidi in orto cum illo? Iterum er-
go negauit petrus: & ſtatim gallus cātauit. Ad-
ducūt ergo ieſum a caypha in pretorium. Erat
autem mane: et ipſi non introierunt in preto-

rium vt non contaminarent: ſed manducarent
paſcha. Exiuit ergo pylat⁹ ad eos foras: ⁊ dixit.
Quam accuſationē affertis aduerſus hominē
hunc? Reſponderūt ⁊ dixerūt ei. Si nō eſſet hic
malefactor: nō tibi tradidiſſem⁹ eum. Dixit er-
go eis pylatus. Accipite eū vos: ⁊ ſecundū legē
veſtrum iudicate eum. Dixerunt ergo ei iudei.
Nobis non licet interficere quēq̄. Vt ſermo ie-
ſu impleretur quem dixit: ſignificans qua mor
te eſſet moriturus. Introiuit ergo iterū in preto
rium pylatus: ⁊ vocauit ieſum ⁊ dixit ei. Tu es
rex iudeorum? Reſpondit ei ieſus. A temetipſo
hoc dicis: an alii tibi dixerunt de me? Dixit ei py
latus. Nunquid ego iudeus ſum? Gens tua et
pontifices tradiderunt te michi. Quid feciſti?
Reſpondit ieſus. Regnum meum nō eſt de hoc
mundo. Si ex hoc mūdo eſſet regnum meum:
miniſtri mei vtiq̄ decertarent vt non traderer
iudeis. Nunc ergo regnum meum non eſt hinc
Dixit itaq̄ ei pylatus. Ergo rex es tu? Reſpon-
dit ieſus. Tu dicis: quia rex ſum ego. Ego ī hoc
natus ſum: ⁊ ad hoc veni in mundum: vt teſti-
moniū perhibeam veritati. Omnis qui eſt ex
veritate: audit vocem meam. Dixit ei pylatus
Quid eſt veritas? Et cū hoc dixiſſet: iterum exi
uit ad iudeos et dixit eis. Ego nullam īuenio in
eo cauſam. Eſt autē conſuetudo vobis: vt vnū
dimittam vobis in paſcha. Vultis ergo dimit-

tam vobis regē iudeoꝛū? Clamauerūt rurſum
om̄es dicētes. Non hunc ſed barrabā. Erat au=
tem barrabas latro. Tunc ergo appꝛehēdit py=
latus ieſum: ⁊ flagellauit. Et milites plectentes
coꝛonam de ſpinis impoſuerunt capiti eius: et
veſte purpurea circundederunt eum. Et venie=
bant ad eum ⁊ dicebant. Aue rex iudeoꝛum. Et
dabant ei alapas. Exiuit iterum pylatus foꝛas
⁊ dixit. Ecce adduco vobis eū foꝛas: vt cognoſ=
catis quia nullaꝫ inuenio in eo cauſam. Exiuit
ergo Ieſus poꝛtans coꝛonam ſpineam / et pur=
pureum veſtimētum: ⁊ dixit eis pylatus. Ecce
homo. Cum ergo vidiſſent eū pōtifices ⁊ mini
ſtri: clamabāt dicētes. Crucifige crucifige eum
Dixit eis pylatus. Accipite eum vos: ⁊ crucifigi
te: ego enim nō inuenio in eo cauſam. Reſpōde
runt ei iudei. Nos legem habemus: ⁊ ſecūdum
legem debet moꝛi: quia filium dei ſe fecit. Cuꝫ
ergo audiſſet pylatus hūc ſermonem magis ti
muit. Et ingreſſus eſt pꝛetoꝛiū iterū: ⁊ dixit ad
ieſum. Unde es tu? Ieſus autem reſponſuꝫ nō
dedit ei. Dixit ergo ei pylatus. Michi nō loque=
ris? Neſcis quia poteſtatē habeo crucifigere te:
⁊ poteſtatē habeo dimittere te? Reſpōdit ieſus.
Nō haberes poteſtatē aduerſum me vllam: ni=
ſi tibi datum eſſet deſuꝑ. Pꝛopterea qui me tra
didit tibi: maius peccatū habet. Et exinde que=
rebat pylatus dimittere eū. Iudei autē clama=

bant dicentes. Si hunc dimittis: nō es amicus
ceſaris. Omnis enim qui ſe regem facit cōtradi=
cit ceſari. Pylatus ergo cū audiſſet hos ſermo=
nes adduxit ieſum foras: ⁊ ſedit pro tribunali in
loco qui dicitur licoſtratos: hebraice aūt gabatha.
Erat autem paraſceue paſche hora quaſi ſexta.
Et dixit iudeis. Ecce rex veſter. Illi autē clama
bant. Tolle tolle: crucifige eū. Dixit eis pylatꝰ.
Regem veſtrū crucifigā? Reſponderūt pontifi
ces. Non habemus regem niſi ceſarem. Tunc
ergo tradidit eis illum: vt crucifigeretur. Su=
ſceperunt autem illum: ⁊ eduxerunt. Et baiu=
lans ſibi crucem exiuit in eū qui dicitur caluarie
locum: hebraice autem golgotha: vbi eum cru=
cifixerūt. Et cum eo alios duos hinc ⁊ hinc: me=
dium autem ieſum. Scripſit autem ⁊ titulum
pylatus: ⁊ poſuit ſup crucem. Erat autem ſcri=
ptum: Jeſus nazarenus rex iudeoꝝ. Hunc ergo
titulum multi legerunt iudeorum: quia prope
ciuitatem erat locus vbi crucifixus eſt ieſus. Et
erat ſcriptū hebraice/ grece/ ⁊ latine. Dicebāt er
go pilato pōtifices iudeoꝝ. Noli ſcribere rex iu=
deorū: ſed quia ipſe dixit/ rex ſū iudeoꝝ. Reſpō=
dit pylatus. Quod ſcripſi ſcripſi. Milites ergo
cum crucifixiſſent eū: acceperūt veſtimenta eiꝰ
⁊ fecerunt quattuor partes: vnicuiq; militi par
tem ⁊ tunicā. Erat autē tunica inconſutilis de=
ſuper contexta per totum. Dixerunt ergo adin

uicem. Non ſcindamus eam: ſed ſortiamur de
illa cuius ſit. Ut ſcriptura impleret̄ dicens. Par
titi ſunt veſtimenta mea ſibi: ⁊ ſuper veſtē meā
miſerunt ſortem. Et milites quidē hec fecerūt.
Stabat aūt iuxta crucē ieſu mater eius: ⁊ ſoror
matris eius maria cleophe ⁊ maria magdalene
Cum vidiſſet ergo ieſus matrē ⁊ diſcipulū ſtan
tem quē diligebat: dixit matri ſue. Mulier: ecce
filius tuus. Deinde dixit diſcipulo. Ecce mater
tua. Et ex illa hora accepit eā diſcipulus in ſuā.
Poſtea ſciens ieſus quia iam om̄ia ꝯſummata
ſunt: vt conſummaretur ſcriptura: dixit. Sitio
Uas autē poſitū erat aceto plenū. Illi aūt ſpon-
giam plenam aceto hyſopo circūponentes: ob-
tulerūt ori eius. Cum ergo accepiſſet ieſus ace-
tum: dixit. Conſummatū eſt. Et inclinato capi
te tradidit ſpiritum. Iudei ergo quoniā pa
raſceue erat: vt nō remanerent in cruce corpora
ſabbato (Erat enim magnus dies ille ſabbati)
rogauerunt pylatum vt frangerent eoꝝ crura
⁊ tollerentur. Uenerunt ergo milites ⁊ primi q̄-
dem fregerunt crura: et alterius qui crucifixus
eſt cum eo. Ad ieſum autem cum veniſſent: vt
viderunt eum iam mortuū non fregerunt eius
crura: ſed vnus militum lancea latus eius ape-
ruit: et continuo exiuit ſanguis et aqua. Et qui
vidit teſtimonium perhibuit: ⁊ verum eſt teſti-
moniū eius. Et ille ſcit quia vera dicit: vt ⁊ vos

credatis. Facta ſunt enim hec: vt ſcriptura im=
pleret. Os nō cōminuetis ex eo. Et iteꝝ alia ſcri
ptura dicit. Videbūt in quē tranſfixerūt. Poſt
hec autē rogauit pylatum ioſeph ab arimathia
(eo ꝙ eſſet diſcipulꝰ ieſu occultꝰ aūt ꝓpter metū
iudeoꝝ) vt tolleret corpus ieſu. Et ꝑmiſit pyla=
tus. Venit autē ⁊ nichodemus: qui venerat ad
ieſum nocte primū ferēs mixturā myrrhe ⁊ alo
es: quaſi libras centum. Acceperūt autē corpus
ieſu: ⁊ ligauerūt eū lintheis cū aromatibꝰ: ſicut
mos eſt iudeis ſepelire. Erat aūt in loco vbi cru
cifixus eſt ortus: ⁊ in orto monumentū nouū: i
quo nōdū quiſꝗ̄ poſitus fuerat. Ibi ergo ꝓpter
paraſceuē iudeorū (q̄r iuxta erat monumentū)
poſuerūt ieſū. Deo grās. V. Qui paſſus es pro
nobis. R. Dñe miſerere nobis. Oremus
Deus qui manꝰ tuas ⁊ pedes tuos ⁊ totū
corpus tuum pro nobis peccatoribus in
ligno crucis poſuiſti: ⁊ coronam ſpineā a iudeis
in deſpectu tui ſacratiſſimi nomīs ſuper caput
tuum impoſitam ſuſtinuiſti: ⁊ quinqꝫ vulnera
pro nobis peccatoribus in ligno crucꝭ paſſus fu
iſti. da nobis hodie ⁊ quotidie vſū penitētie/ab=
ſtinētie/patiētie/humilitatis/caſtitatis/lumen
ſenſum/⁊ intellectū: ⁊ purā cōſcientiā vſqꝫ ad fi
nem. Per te ieſu xp̄e ſaluator mundi: qui in tri=
nitate perfecta viuis ⁊ regnas deus. Per oīa
ſecula ſeculoꝝ. Amen.

These prayers folowyng ought to be ſayd or ye departe out of your chaumbre at your vp-rysyng.



Uxiliatrix ſis michi trinitas ſancta deus in nomine tuo leuabo manꝰ meas. Crux triũphalis paſſionis dñi noſtri ieſu xpi. Jeſus nazarenus rex iudeorũ. fili dei miſerere mei In noīe patris ꝛ filii ꝛ ſpiritus ſancti Amen. Per ſignũ ſancte crucis de inimicis noſtris libera nos deus noſter.

Piiſſime deus ꝛ clementiſſime pater laudes ꝛ gratias ago tibi dñe ieſu xp̄e omp̄s eterne deus qui me indignũ famulum tuũ N. in hac nocte cuſtodiſti/ protexiſti/ viſitaſti/ ſanũ ꝛ incolumē ad principiũ huius diei me peruenire feciſti ꝛ p̄ aliis beneficiis tuis que tua ſola bonitate michi cõtuliſti: deprecor clementiã tuã miſericors deꝰ vt concedas michi diem venturũ ſic peragere in tuo ſancto ſeruitio cũ humilitate/ diſcretiõe/ deuotione ꝛ dilectiõe benigna: vt tibi ſeruitutem meã debitã ꝛ placabilē in om̄ibus opibus meis valeã perſoluere ꝛ fac me cuꝫ tua gratia viuere ſemp̄ ꝛ om̄ibus diebus vite mee tibi commendo corpus meum ꝛ aīam meã. Per xp̄m

Whan thou goeſt fyrſt out of thy hous bleſſe

A

the ſayeng thus.

crux triumphalis dñi noſtri ieſu xp̄i ecce viui
fice crucis dñicum ſignū fugite partes aduerſe
In nomine patris ⁊ filii ⁊ ſpūs ſancti. Amen.

eus qui tres magos orientales Jaſpar Mel
chior ⁊ Balthaſar ad preſepe dñi ſtella duce con
duxiſti: ꝛduc me ad loca propoſita ſine toti⁹ ad-
uerſitatis impedimēto ⁊ q̇ eos ꝛduxiſti angelo
nunciante reduc me teipſo auxiliante. Per.

ngele qui meus es cuſtos pietate ſuperna.
me tibi commiſſum ſerua defende guberna.

Ad crucem.

rucē tuā adoram⁹ ⁊ veneramur dñe ieſu xp̄e
⁊ clementiā tuā humiliter imploramus vt no-
bis pctōribus miſerere ⁊ parcere digneris: q̇ di-
gnatus es naſci de virgine maria. Amen.

Whan the preſt torneth after the lauatorye.

piritus ſancti gratia illuſtret ⁊ illuminet cor
tuum ⁊ labia tua ⁊ accipiat dñs hoc ſacrificium
de manibus tuis dignum pro peccatis ⁊ offen-
ſionibus noſtris.

At the leuacion of our lord.

anima xp̄i ſanctifica me. Corpus xp̄i ſalua
me. Sanguis xp̄i inebria me. Aqua lateris xp̄i
laua me. Paſſio xp̄i conforta me. Sudor vul-
tus xp̄i virtuoſiſſimi ſana me. O bone ieſu ex-
audi me ⁊ ne permittas me ſeparari a te. Ab ho
ſte maligno defende me. In hora mortis voca

me ⁊ pone me iuxta te: vt cum angelis ⁊ ſanctis
tuis laudem te dominũ ſaluatorem meũ in ſe-
cula ſeculorum.

vvhan thou entreſt in to the chirch ſay thus.

ñe in multitudine mĩe tue introibo ĩ domũ
tuam: adorabo ad templũ ſctm̃ tuũ ⁊ cõfitebor
nomini tuo Dñe deduc me in iuſticia tua ꝓpter
inimicos meos dirige in cõſpectu tuo viã meã.

vvhan thou takeſt holy Water ſay thus.

qua benedicta ſit michi ſalus et vita. preſta
michi dñe per hanc creaturã aſperſionis aque/
ſanitatem mentis/ integritatẽ corporis/ tutelã
ſalutis/ ſecuritatem ſpei/ corroboratiõem fidei
nũc ⁊ in futuro. Amen.

¶ Whan thou begynneſt to praye thus begyn-
ne knelyng.

iſcedite a me maligni ⁊ ſcrutabor mandata
dei mei. Aufer a me dñe oĩs iniquitates meas
vt merear pura mente introire in ſancta ſctõꝝ.
Ueni dñe viſitare me in pace vt letar coram te
corde perfecto. Aperi dñe os meũ ad bñdicendũ
nomen tuũ. Emũdaq; cor meũ a vanis ⁊ neqſſi
mis cogitatiõibus vt dignus merear exaudiri
ante conſpectũ diuine maieſtatꝫ tue: dignus es
dñe deus meus accipere gloriã ⁊ honorem ⁊ vir
tutem: quia tu creaſti oĩa ⁊ propter nomen tu
um erant ⁊ creata ſunt. Salus ⁊ honor deo meo
qui ſedes ſuper thronũ ⁊ agno alla.

Bone ieſu tu nouiſti ⁊ potes ⁊ vis bonuz aime mee. Ego miſer nec noui nec poſſũ tu ꝓ pietate tua ineffabili mecũ diſponas ſcd̄m quod noueris tibi velle ⁊ michi pꝛodeſſe. Amē.

Scendat ad te dñe deus oꝛatio mea et peto vt nõ reuertat̃ ad me vacua ſed ſicut vis ⁊ ſcis miſerere mei in oĩbus aĩme et coꝛpoꝛis neceſſitatibus. Amē. Jeſus Jeſus Jeſus eſto michi Jeſus. Amē.

Pꝛo carnali dilectiõe.

Omine libera aĩam meã a carnali dilectiõe ⁊ a maloꝝ recoꝛdatiõe vt eoꝝ que vidi vel audiui a malis in ſeculo non recoꝛder ⁊ aliis non dicã. Dñe concede michi in hoc ſeculo ſancto habitu viuere vt a te in perpetuũ non ſeparer: quatenus pꝛo me ⁊ pꝛo meis parentibus te digne exoꝛare valeam. Qui viuis et regnas deus. Per oĩa ſecula ſeculoꝝ. Amen.

Pꝛo temptatione carnis.

Omine ieſu chꝛiſte rex virginũ integritatis amatoꝛ munda ⁊ muni coꝛ meum ab oĩbus ſagittis ⁊ inſidiis inimici ⁊ extinguēs in me oĩe incendiũ libidinis: da verã humilitatem ⁊ tranquilitatē patiētie pectoꝛi meo: ſuccēde mētem meã tue charitatis ſtimulis/ vt odio habens omnē viam iniquitatis poſſim cunctiſ diebus vite mee complacere tibi. Amen.

Pꝛo vera penitentia.

Oĩps ſempiterne deus pꝛecoꝛ te vt nõ per

mittas me pire quia creatura tua ſũ. Concede michi ſpaciũ vite ⁊ poſſibilitatē atqꝫ voluntatē bñ viuēdi: vt ante diē exitꝰ mei ꝑ verā penitētiā merear placere tibi deo meo viuo ⁊ vo q̇ ſolꝰ deꝰ ⁊ dñs viuis ⁊ regnas in ſcl'a. ⁊c. [redacted] Hoꝛa pꝛima.

DOmine deus q̇ nos ad pꝛincipiũ huiꝰ diei ꝑuenire feciſti: nos hodie ſalua virtute Et cōcede vt in hac die ad nullum declinemus peccatũ nec vllũ incurramus periculũ ſed ſemꝑ ad tuā iuſticiā faciendā noſtra pꝛocedant eloq̃a dirigant cogitatiōes ⁊ opa. Amen. [redacted]

[redacted]ñe deus omp̄s qui me in hanc hoꝛā ſecundā ꝑ nocturnas caligines ꝑuenire feciſti. Cōſerua me hodie per hoꝛaꝝ ſpacia ⁊ momenta tempis ⁊ ꝑ tuā miam fac me ſemꝑ ꝑmanere illeſū. Per [redacted] Hoꝛa tercia. [redacted]

[redacted]ñe ieſu xp̄e qui hoꝛa tercia diei ad crucꝫ penā pꝛo mũdi ſalute ductus fuiſti: te ſuppliciter depꝛ coꝛ vt deleas pctā mea ⁊ de p̄teritis malis meis ſemꝑ apud te veniā inuenire merear: ⁊ de futuris iugit habeā cuſtodiā. Qui cũ patre ⁊ ſpũ ſancto viuis ⁊ reg. ⁊c. [redacted] Hoꝛa ſexta. [redacted]

[redacted]ñe ieſu xp̄e qui dum hoꝛa ſexta pꝛo ꝑditione mundi crucis aſcendiſſes lignũ vniuerſus mũdus in tenebꝛas conuerſus eſt: illam michi lucē in aīa ⁊ coꝛpoꝛe tribue per quā ad eternam vitam ꝑuenire merear. Qui viuis ⁊ regnas deus Per. [redacted] Hoꝛa nona. [redacted]

Dñe ieſu xp̄e qui hora nona in crucis patibulo confitentē latronē intra menia paradiſi tranſire iuſſiſti: te ſuppliciter confitens peccata mea/ deprecor vt poſt obitū meū me in paradiſi gaudia introire gaudentem concedas. Qui cū pa.

Hora veſpertina.

Gratias ago tibi dñe deus om̄ps q̄ me p̱ huiuſ diei curſum in hanc horam veſpertinā p̱uenire tribuiſti te ſuppliciter deprecor vt ad te eleuatio manuū meaꝝ ſit in ꝯſpectu tuo acceptabile ſacrificiū veſp̱tinū. Per.

Hora completorii.

Dñe deus dñator oim̄ ⁊ protector qui ſeparaſti lumē a tenebris: te ſubnixis p̄cibus exoro vt per hāc ſupuēture noctis caliginē tua me p̱tegat dextera vt in lucis aurora gaudens reſurgā. Per.

Oratio ſancti Auguſtini in nocte.

Deus pater noſter q̄ vt oremus hortaris: qui ⁊ hoc quo rogaris preſtas ſiquidē cū te rogamus in melius viuimus. Exaudi me palpitātem in his tenebris. Et michi dexteram tuam porrige pretende michi lumen tuū: reuoca me ab erroribus ⁊ te duce in me redeam ⁊ in te.

Oratio ſancti Ancelmi.

Dñe deus meus ſi feci vt eſſem reus tuus: nūquid facere potui vt nō eſſem effectus tuus ſi in de puritatē meā ademi: nūqd miam tuā p̱emi. ſi cōmiſi vnde me dānare poſſes/ tu nō amiſiſti vnde ſaluare ſoles: verꝝ eſt dñe q̄ ꝯſcientia mea

meret̃ dãnationẽ: ſed mĩa tua ſuperat omnẽ of
fenſionẽ. Parce ergo michi dñe quia non eſt im
poſſibile tue potentie/ nec indecens tue iuſticie/
nec inſolitũ tue clementie. Quid enim eſt ieſus
niſi ſaluatoꝛ. Ergo ieſu qui me creaſti non peri-
mas/ qui me redemiſti non condẽnes: q̃ me cre-
aſti tua bonitate non pereat opus tuũ mea iniq̃-
tate. Cognoſce ergo in me quod eſt tuũ ⁊ abſter
ge quod eſt meũ. Qui cũ deo p̃re ⁊ ſpũ ſctõ.
In noĩe patris ⁊ filii ⁊ ſpũs ſancti. Amen.

Pater noſter qui es in celis ſanctificet̃ no-
men tuũ. Adueniat regnũ tuũ. Fiat vo-
luntas tua ſicut in celo ⁊ in terra. Panem noſtꝝ
quotidianuꝫ da nobis hodie. Et dimitte nobis
debita noſtra: ſicut ⁊ nos dimittimus debitoꝛi-
bus noſtris. Et ne nos inducas in temptationẽ
Sed libera nos a malo. Amen.

Aue maria gratia plena dñs tecuꝫ: benedicta
tu in mulieribus ⁊ benedictus fructus ventris
tui ieſus. Amen.

Credo in deũ patrem om̃ipotentẽ creatoꝛẽ celi
⁊ terre. Et in ieſum xp̃m filium ei⁹ vnicũ dñm
noſtꝝ. Qui conceptus eſt de ſpũ ſctõ. Natus ex
maria virgine. Paſſus ſub poncio pylato: cru-
cifixus moꝛtuus ⁊ ſepultus. Deſcendit ad infer
na tercia die reſurrexit a moꝛtuis. Aſcendit ad
celos ſedet ad dexterã dei patris om̃ipotẽtis In
de venturus eſt iudicare viuos ⁊ moꝛtuos.

[redacted]redo in ſpiritū ſctm̄: ſanctā eccleſiā catholicā ſanctorū cōmunionē: remiſſionē pctōꝝ: carnis reſurrectionē. Et vitam eternā. Amen. [redacted]

[redacted] Onfiteor tibi dn̄e ieſu xp̄e om̄ia peccata mea quecunꝙ feci ab infantia mea vſꝙ nunc ſciēs aut ignorās: ⁊ q̄cquid in hac die vel in hac nocte dormiēs aut vigilans in verbis/ in factis/ in cogitationibus per iacula dyaboli: aut ꝑ deſideriū carnis mee aduerſus tuā volūtatē ex toto corde meo veniā peto: exorās ne ira tua veniat ſuꝑ me ſed gratia tua reſpiciat ſuꝑ me ineternū. Fiat benedictio dei pr̄is ⁊ filii ⁊ ſp̄us ſancti ſuꝑ me. Aſſit michi interceſſio ſācte dei genitricis marie/ ſancti michaelis archangeli/ ſcti iohānis baptiſte/ ſancti iohānis euāgeliſte/ ſancti petri/ ſancti pauli/ ſancti georgii/ ſancti xp̄ofori ſancti martini/ ſancti nicolai/ ſancte katherine/ ſancte margarete/ ⁊ ſancte barbare/ ⁊ om̄es ſancti ⁊ electi dei orate pro me vt merear vobiſcum regnū dei poſſidere. [redacted]

[redacted] Uſcipere dignare dn̄e de⁹ omp̄s has orationes quas ego indignus pctōr decātāre deſidero in honore ſanctiſſimi nois tui ⁊ beate marie virginis genitricis filii tui dn̄i noſtri ieſu xp̄i ⁊ omniū ſanctorū tuoꝝ ⁊ ſanctaꝝ pro me miſero peccatore om̄ibuſꝙ propinquis/ amicis parentib⁹/ benefactorib⁹ ⁊ recōmendatis meis pro peccatis innumerabilibus per nos cōmiſſis

ac pro aīmabus omniū fideliū defunctoꝝ: ⁊ cō-
cede q̄s omp̄s deus vt nobis oībus he oratiōes
proficiant ad ſalutē corporis remediūq; anime
⁊ ad verā penitentiā faciendā in hac vita ⁊ in fi
ne ad gloriā ⁊ vitā eternā conſequendā. Amen.
[redacted] whan thou receyueſt the pax ſay. [redacted]
Da pacē dñe in dieb⁹ noſtris q2 nō eſt alius q̄ pu
gnet pro nobis niſi tu dñe deus noſter. [redacted]
[redacted] whan thou ſhalt receyue the ſacrament [redacted]
[redacted] ñe non ſum dignus vt intres ſub tectū meū
ſed tu dñe qui dixiſti. Qui māducat meā carnē
⁊ bibit meū ſanguinē in me manet et ego in eo.
Propitius eſto michi peccatori per ſumptione3
corporis ⁊ ſanguinis tui: ⁊ preſta vt nō ad iudici
um dānationis illud ſumā ſed mīa tua tribuen
te in ſalutē ⁊ remiſſionē pctōꝝ meoꝝ. Qui vi-
uis. ⁊c. [redacted] Whan thou haſt receyued [redacted]
Era ꝑceptio corporis ⁊ ſanguinis tui de
us omp̄s nō veniat michi ad iudiciū ne
q; ad condēnationē: ſed ſit omniū pctōꝝ optata
remiſſio anime ⁊ corporis mei pia gubernatio ⁊
potens ad vitam preſentē ⁊ eternā introductio.
Per. [redacted] To gete grace for ſynnes. [redacted]
Xaudi q̄s dñe ſupplicū preces ⁊ confiten-
tium tibi parce pctīs vt pariter nobis in
dulgentiā tribuas benignus ⁊ pacem. Per [redacted]
[redacted] Ayenſt euyll thoughtes. [redacted]
Mp̄s mitiſſime deus reſpice ꝑpitius ad

pꝛeces noſtras ⁊ libera coꝛ noſtꝝ de malaꝝ tem
ptatione cogitationũ vt ſancti ſpũs dignũ fieri
habitaculum merear. Per.

For the kynge.

Eus regnoꝛũ ⁊ xp̄iane maxime ꝓtectoꝛ
impii da ſeruo tuo. N. regi nr̄o de hoſte
triumphũ vt q̄ tua ꝓuidētia extitit cōſecratus:
tuo ſemꝑ munimine potens ſit et ſecurus. Per
xp̄m.

For thy frende lyuyng.

Eus qui iuſtificas impiũ ⁊ nō vis moꝛ-
tem pctōꝛis: maieſtatē tuā ſupplices exo
ramus vt famulũ tuũ N. de tua mīa cōfidentē
celeſti pꝛotectiōe cōſerues vt tibi iugiter famu-
letur ⁊ nullis tēptationibus a te ſeparet. Per.

For way faryng men

Deſto dn̄e ſupplicatiōibus nr̄is ⁊ viam
famuloꝝ tuoꝝ in ſalutis tue pꝛoſperita
te diſpone: vt inter omēs vie ⁊ vite huius varie-
tates tuo ſemꝑ pꝛotegant auxilio. Per.

For frendes in ſyknes oꝛ in neceſſite.

Mp̄s ſempiterne deꝰ ſalus eterna creden
tium exaudi nos pꝛo famulo tuo ſeu pꝛo
famł̄a tua N. pꝛo quo vel qua miſericoꝛdie tue
imploꝛamus auxilium: vt reddita ſibi ſanitate
gratiarũ in eccleſia tua referat actionem. Per
chꝛiſtum dn̄m noſtꝝ. Amen.

For thy fader ⁊ moder deed.

Eus qui nos patrem ⁊ matrē honoꝛare

precepiſti: miſerere cleme̅ter animabus patris mei ⁊ matris mee/ eorum peccata dimitte: meq; cum illis in eterne claritatis gaudio fac viuere. Per chriſtu̅ dn̄m noſtr̄. Amen.

¶ For thy frende that is dede.

Suſcipe piiſſime deus in ſinu patriarche tui abrahe aiam famuli tui N. eamq; ſanctis ⁊ electis o̅ibus adiu̅ge: ſed ne ei noceat culpa carnis ad penam/ proſit illi tue miſeratio pietatis ad veniam. Per xp̄m dn̄m noſtr̄. Ame̅.

¶ For the lyuyng and dede.

Omnipotens ſempiterne deus qui viuoru̅ dominaris ſimul ⁊ mortuoru̅/ omniu̅q; miſereris quos tuos fide ⁊ ope futuros eſſe p̄noſcis: te ſuppliciter exoramus vt pro quibus effundere preces decreuimus quoſq; vel preſens adhuc ſeculum in carne retinet vel futuru̅ iam exutos corpore ſuſcepit: intercedentibus omnibus ſanctis tuis pietatis tua clementia delictorum ſuorum veniam ⁊ gaudia conſequi mereantur eterna. Per dominu̅ noſtrum ieſum chriſtum filium tuum. Qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate ſpiritus ſancti deus. Per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

¶ Oratio bona vnicuiq; dicenti perutilis ⁊ pro ſuis benefactoribus. Hanc quidem orationem compoſuit ſanctus Auguſtinus.

eprecamur te dñe Jeſu in omĩ mĩa tua vt auferetur furoꝛ tuus ⁊ ira tua a villa iſta ⁊ ab hac domo ſancta tua: quia peccauim⁹ tibi ⁊ iniquitatẽ coꝛam te fecimus/ nichilqꝫ dignum in cõſpectu tuo egimus: ſuccurre nobis q̄ſumus ⁊ miſerere aĩabus oĩum benefactoꝝ noſtroꝝ tã viuoꝝ q̄ꝫ defunctoꝝ: vt pꝛo beneficiis q̄ nobis largiti ſunt in terris pꝛemia eterna conſequantur in celis. ℣. Adoꝛamus te xp̄e ⁊ benedicimus tibi: quia per ſanctã crucem tuam redemiſti mundum miſerere nobis. Clementer qui paſſus es pꝛo nobis. Oꝛemus.

omine ieſu chꝛiſte fili dei viui pone paſſionem crucem ⁊ moꝛtem tuaꝫ inter iudicium tuum ⁊ animas noſtras nunc ⁊ in hoꝛa moꝛtis noſtre: ⁊ largiri digneꝛis viuis miſericoꝛdiam ⁊ gratiam: defunctis requiẽ ⁊ veniã: eccleſie tue ſancte pacem ⁊ concoꝛdiam: ⁊ nobis peccatoꝛibus vitam ⁊ gloꝛiam ſempiternam Qui cum patre ⁊ ſpiritu ſancto viuis ⁊ regnas deus Per omnia ſecula ſeculoꝛum. Amen.

Gloꝛioſa paſſio dñi noſtri ieſu chꝛiſti eruat nos a doloꝛe triſti ⁊ ꝑducat nos ad gaudia paradiſi. Amen.

Sequuntur hoꝛe beate Marie virginis ſecũdum vſum Sarum. Ad matutinas.



Omīe labia mea aperies Et os meū annūciabit laudem tuam. eus in adiutoꝛiū meū intende. Dñe ad adiuuādū me feſtina. loꝛia patri ⁊ filio: ⁊ ſpiritui ſctō icut erat in pꝛincipio ⁊ nūc ⁊ ſemper et in ſecula ſeculoꝛū amen Alleluya. Inuitatoꝛiū. Aue maria gracia plena Dñs tecū. Aue ma. Pſalmus.

Enite exultemus dño iubilemus deo ſalutari noſtro: pꝛeoccupemus faciē ei⁹ in confeſſione ⁊ in pſalmis iubilemus ei. Aue ma.

m deus magnus dñs ⁊ rex magnus ſup omnes deos: qm̄ non repellet dñs plebem ſuā quia in manu eius ſunt omnes fines terre / et altitudines montiū ipſe conſpicit. Dñs tecum.

m ipſius eſt mare ⁊ ipſe fecit illud ⁊ aridā fundauerūt manus eius: venite adoꝛemus ⁊ procidamus ante deum ploꝛemus coꝛā dño qui fecit nos quia ipſe eſt dñs deus noſter nos autem populus eius ⁊ oues paſcue eius. Aue maria gra.

odie ſi vocē eius audieritis nolite obdurare

B

corda veſtra: ſicut in exacerbatione ſecundū die
tēptatiōis in deſerto vbi tēptauerūt me patres
veſtri ꝓbauerūt ⁊ viderūt opa mea. Dñs tecū.
[redacted]uadraginta annis proximus fui generatiōi
huic ⁊ dixi ſemꝑ hi errant corde ipſi vero nō cog
nouerunt vias meas quibus iuraui in ira mea
ſi introibunt in requiem meā. Aue maria gra.
[redacted]loria patri et filio et ſpiritui ſancto: ſicut erat
in principio ⁊ nunc ⁊ ſemper ⁊ in ſecula ſeculoꝝ.
Amen. Dñs tecum. Aue maria. [redacted]ymnus.
[redacted] Uem terra ponthus ethera colunt ado-
rant predicāt: trinam regentem machi-
nam clauſtrum marie baiulat. [redacted]
[redacted]ui luna ſol ⁊ omnia deſeruiunt per tempora
perfuſa celi gratia geſtant puelle viſcera. [redacted]
[redacted]eata mater munere cuiꝰ ſupnꝰ artifex mun-
dū pugillo ꝯtinēs vētris ſub archa clauſus eſt.
[redacted]eata celi nuncio fecunda ſancto ſpū deſidera
tus gentibus cuius per aluū fuſus eſt. [redacted]
[redacted]loria tibi dñe qui natus es de virgine: cū pa-
tre ⁊ ſancto ſpiritu in ſempiterna ſecula. Amen
An. Benedicta tu. [redacted] Pſalmus.
[redacted] Omine dñs noſter: ꝙ admirabile eſt no-
men tuū in vniuerſa terra.
[redacted]m eleuata eſt magnificētia tua: ſuper celos.
[redacted]x ore infantiū ⁊ lactentiū ꝑfeciſti laudē ꝓ-
pter inimicos tuos: vt deſtruas inimicū ⁊ vltorē
[redacted]uoniā videbo celos tuos opera digitoꝝ tuo-

rum: lunam & ſtellas que tu fundaſti.
Quid eſt homo ꝙ memor es ei⁹: aut filius ho-
minis quoniam viſitas eum.
Minuiſti eũ paulomin⁹ ab angelis glĩa & hono
re coronaſti eũ / & ꝯſtituiſti eũ ſuꝑ opera manuũ
Omnia ſubieciſti ſub pedib⁹ eius: oues [tuarũ.
& boues vniuerſas inſuper & pecora campi.
Volucres celi & piſces maris: q̃ perambulant ſe
Domine dñs noſter: q̃ ad mirabi- [mitas maris.
le eſt nomen tuũ in vniuerſa terra. Gloria. ps.
Celi enarrant gloriam dei: & opera manu
um eius annunciat firmamentum.
Dies diei eructat verbũ: & nox nocti indicat ſci
Non ſunt loquele neq; ſermones: [entiam.
quorum non audiantur voces eorum.
In omnem terram exiuit ſonus eorum: & in fi
nes orbis terre verba eorum.
In ſole poſuit tabernaculum ſuũ: & ipſe tanq̃
ſponſus procedens de thalamo ſuo.
Exultauit vt gygas ad currendã viam: a ſum
mo celo egreſſio eius.
Et occurſus eius vſq; ad ſummũ eius: nec eſt
qui ſe abſcondat a calore eius.
Lex dñi immaculata cõuertens aĩas: teſtimo-
nium dñi fidele ſapientiã preſtans paruulis.
Iuſticie dñi recte letificantes corda: preceptũ
domini lucidum illuminans oculos.
Timor dñi ſanctus permanet in ſeculũ ſeculi:

iudicia dñi vera iuſtificata in ſemetipſa. [redacted]
[redacted]ſiderabilia ſup aurum ⁊ lapidem pꝛecioſuʒ
multum: ⁊ dulcioꝛa ſuper mel ⁊ fauum. [redacted]
[redacted]tenim ſeruus tuus cuſtodit ea: in cuſtodien-
dis illis retributio multa. [redacted]
[redacted]elicta quis intelligit ab occultis meis mũda
me: ⁊ ab alienis parce ſeruo tuo. [redacted]
[redacted] mei nõ fuerint dominati tũc immaculatꝰ
ero: ⁊ emundaboꝛ a delicto maximo. [redacted]
[redacted]t erunt vt complaceant eloquia oꝛis mei: et
meditatio coꝛdis mei in conſpectu tuo ſemper.
[redacted]ñe adiutoꝛ meus: ⁊ redemptoꝛ meus. [redacted]
[redacted]loꝛia patri ⁊ filio. ⁊c. Pſalmus.
[redacted]Omini eſt terra ⁊ plenitudo eius: oꝛbis
terraꝝ ⁊ vniuerſi qui habitant in eo. [redacted]
[redacted]uia ipſe ſuper maria fundauit eum: ⁊ ſuper
flumina pꝛeparauit eum. [redacted]
[redacted]uis aſcendet in montẽ domini: aut quis ſta-
bit in loco ſancto eius. [redacted]
[redacted]nnocẽs manibus ⁊ mũdo coꝛde: q̄ nõ accepit
in vano aĩam ſuã nec iurauit ĩ dolo ꝓximo ſuo.
[redacted]c accipiet benedictionem a domino: ⁊ miſe-
ricoꝛdiam a deo ſalutari ſuo. [redacted]
[redacted]ec ẽ gñatio q̃rentiũ eũ: q̃rentiũ faciẽ dei iacob
[redacted]ttollite poꝛtas pꝛincipes veſtras ⁊ eleuami-
ni poꝛte eternales: ⁊ introibit rex gloꝛie.
[redacted]uis eſt iſte rex gloꝛie: dominus foꝛtis et po-
tens dominus potens in pꝛelio.

[redacted]ttollite poꝛtas pꝛincipes veſtras ⁊ eleuami-
ni poꝛte eternales: ⁊ introibit rex gloꝛie. [redacted]
[redacted]uis eſt iſte rex gl̃ie: dñs ꝟtutū ipe eſt rex gl̃ie
An. Benedicta tu in mulierib⁹ ⁊ bñdictus fru-
ctus vẽtris tui. ꝟ. Sctā dei genitrix ꝟgo ſemꝑ
maria. ℟. Intercede ꝑ nobis ad dñm deū nr̃m
Pater noſter. Et ne nos indu. Sed libera nos.
Jube dñe bñdicere. Alma virgo virginū inter-
cedat pꝛo nobis ad dñm. Amen. Lectio pꝛima.

S Ancta maria ꝟgo virginū mater ⁊ filia
regis regū omniū tuū nobis impēde ſo-
latiū: vt celeſtis regni per te mereamur habere
pꝛemiū: ⁊ cuꝫ electis dei regnare in ꝑpetuū. Tu
autē domine miſerere noſtri. Deo gratias. ℟.
Sancta ⁊ immaculata virginitas q̄bus te lau-
dibus referā neſcio. Quia quē celi capere nō po
terāt tuo gremio cōtuliſti. ꝟ. Bñdicta tu in mu
lieribus ⁊ bñdictus fruct⁹ vẽtris tui. Qꝛ quē ce
li capere nō poterāt tuo gremio cōtuliſti. Jube
domine benedicere. Oꝛet mente pia pꝛo nobis
virgo maria. Amen. [redacted] Lectio ſecunda.

[redacted]Ancta maria pia ⁊ piiſſima intercede ꝑ
nobis ſancta ⁊ ſanctiſſima vt ꝑ te virgo
gloꝛioſa noſtra ſumat ꝑcamina q̇ pꝛo nobis ex
te natns regnat ſup ethera vt ſua charitate no-
ſtra deleanť peccamina. Tu autē dñe miſerere
noſtri. Deo grãs. ℟. Beata es maria que dñm
poꝛtaſti creatoꝛē mūdi. Genuiſti qui te fecit et

ineternum permanes virgo. ℣. Aue maria gratia plena dñs tecũ. Genuiſti qui te fecit ⁊ in eternum ꝑmanes virgo. Jube dñe bñdicere. Sctã dei genitrix ſit nobis auxiliatrix. Amẽ. Lec. iii.

S Ancta dei genitrix q̃ digne meruiſti concipere quẽ totus orbis nequiuit comprehendere tuo pio interuẽtu culpas noſtras ablue vt perhennis ſedẽ glorie per te redempti valeamus ſcandere vbi manes cum filio tuo ſine tẽpore. Tu aũt dñe miſerere noſtri. Deo gratias.

℟. Felix nanqꝫ es ſacra virgo maria ⁊ omĩ laude digniſſima. Quia ex te ortus eſt ſol iuſticie chriſtus deus noſter. ℣. Ora pro populo interueni pro clero intercede pro deuoto femineo ſexu: ſentiant omẽs tuũ leuamen quicũqꝫ celebrant tuam cõmemorationẽ. Quia ex te ortus eſt ſol iuſticie xp̃s de⁹ noſter. Gl̃ia pr̃i ⁊ filio ⁊ ſpũi ſctõ Xp̃s deus nr̃. ¶ Canticũ ambroſii ⁊ auguſtini.

E deũ laudamus: te dñm cõfitemur.
e eternũ patrẽ oĩs terra veneratur.
ibi oẽs angeli tibi celi ⁊ vniuerſe poteſtates.
ibi cherubĩ ⁊ ſeraphĩ icẽſſabili voce ꝓclamãt
ctũs ctũs ctũs dñs deus ſabaoth.
leni ſunt celi ⁊ terra: maieſtatis glorie tue.
e glorioſus apoſtolorũ chorus.
e prophetarum laudabilis numerus.
e martyrũ candidatus laudat exercitus.
e per orbẽ terrarũ ſancta confitet̃ eccleſia.

atrem immenſe maieſtatis.

enerandum tuū verū ⁊ vnicum filium.

anctū quoqꝫ paraclytum ſpiritum

u rex glorie chriſte.

u patris ſempiternus es filius.

u ad liberandum ſuſcepturus hominē non horruiſti virginis vterum.

u deuicto mortis aculeo: aperuiſti credentibus regna celorum.

u ad dexteram dei ſedes in gloria patris.

udex crederis eſſe venturus.

e ergo queſum⁹ famulis tuis ſubueni quos precioſo ſanguine redemiſti.

terna fac cū ſanctis tuis in gloria munerari

aluum fac populum tuum domine et benedic hereditati tue.

t rege eos ⁊ extolle illos vſqꝫ in eternum.

er ſingulos dies benedicimus te.

t laudamus nomen tuum in ſeculum ⁊ in ſeculum ſeculi.

ignare dn̄e die iſto ſine pctō nos cuſtodire.

iſerere noſtri dn̄e: miſerere noſtri.

iat miſericordia tua domine ſuper nos: quē admodum ſperauimus in te.

n te dn̄e ſperaui non confundar in eternum

℣. Ora pro nobis ſctā dei genitrix ℟. Ut digni efficiamur promiſſionibus chriſti.

¶ Ad laudes.



Eus in adiutoꝛiũ meũ i-
tẽde. Dñe ad adiuuãduʒ
me feſtina. loꝛia patri et filio
⁊ ſpũi ſctõ. icut erat in pꝛinci-
pio ⁊c. An. O admirabile. ps.
Ominus regnauit deco-
rem indutus eſt: indut⁹
eſt dñs foꝛtitudinẽ ⁊ pꝛecinxit ſe.
tenim firmauit oꝛbem terre:
qui non commouebitur. [redacted]
arata ſedes tua deus ex tunc: a ſeculo tu es.
leuauerũt flumina dñe: eleuauerũt flumina vo
leuauerũt flumina fluctus ſu- [cem ſuã.
os: a vocibus aquarnm multarum. [redacted]
irabiles elatiões maris: mirabilis ĩ altis dñs.
eſtimonia tua credibilia facta ſũt nimis: do
mũ tuã decet ſctitudo dñe in longitudinẽ diex.
loꝛia patri ⁊ fi. icut erat in pꝛin. ps.
bilate deo oĩs terra: ſeruite dño ĩ leticia
ntroite in ꝯſpectu eius: in exultatiõe.
citote qm̃ dñs ipe eſt deus: ipſe fecit nos ⁊ nõ
populus eius ⁊ oues paſcue eius: [ipſi nos.
introite poꝛtas eius in confeſſiõe: atria eius in
hymnis confitemini illi. [redacted]
audate nomẽ eius qm̃ ſuauis eſt dñs in eter-
num miſericoꝛdia eius: ⁊ vſqꝫ in generatione ⁊
generationẽ veritas eius. loꝛia. ps.
Eus deus meus: ad te de luce vigilo.

itiuit in te anima mea: q̄ multipliciter tibi
caro mea.

n terra deſerta inuia ⁊ inaquoſa ſic in ſctō ap
parui tibi: vt viderē virtutē tuā ⁊ gloriā tuam.

m̄ melior ē mīa tua ſup vitas: labia mea lau
ic benedicā te in vita mea: ⁊ in [dabūt te.
nomīe tuo leuabo manus meas.

icut adipe ⁊ pinguedine repleat̄ anima mea
⁊ labiis exultatiōis laudabit os meum

ic memor fui tui ſuper ſtratū meū: in matu-
tinis meditabor in te quia fuiſti adiutor meus.

t in velamento alar̄ tuar̄ exultabo adheſit
anima mea poſt te: me ſuſcepit dextera tua.

pſi vero in vanum queſierūt animā meam:
introibunt in inferiora terre: tradentur in ma-
nus gladii partes vulpium erunt.

ex vero letabit̄ in deo laudabunt̄ oēs q̄ iurāt
in eo: qr obſtructū eſt os loquentiū iniqua.

Eus miſereat̄ nr̄i ⁊ bn̄dicat nobis: illu-
minet vultū ſuū ſup nos ⁊ miſereat̄ nr̄i
t cognoſcamus in terra viam tuam: in om̄i-
bus gentibus ſalutare tuum.

ōfiteant̄ tibi ppl̄i de⁹: ꝯfiteant̄ tibi ppl̄i oēs.
etent̄ ⁊ exultent gentes qm̄ iudicas populos
in equitate: ⁊ gētes in terra dirigis.

onfiteātur tibi populi deus confiteātur tibi
populi om̄es: terra dedit fructum ſuum.

n̄dicat nos deus deus noſter benedicat nos

deus: & metuant eum omnes fines terre.
loria pa. Canticum trium puerorum.
Enedicite omnia opera domini domino
laudate & ſuperexaltate eum in ſecula
enedicite angeli dñi dño: benedicite celi dño.
enedicite aque omes que ſuper celos ſũt dño
benedicite omes virtutes dñi domino.
ñdicite ſol & luna dño: bñdicite ſtelle celi dño.
enedicite imber & ros dño: bñdicite oĩs ſpũs
enedicite ignis & eſtus dño: be- [dei dño.
nedicite frigus & eſtas domino.
enedicite rores & pruina dño: bñdicite gelu &
enedicite glacies & niues dño: [frig⁹ dño.
benedicite noctes & dies dño.
enedicite lux & tenebre domĩo: benedicite ful
gura & nubes domino.
enedicat terra dominum: laudet & ſuperex-
altet eum in ſecula.
enedicite montes & colles domino: benedici-
te vniuerſa germinantia in terra domino.
ñdicite fontes dño: bñdicite maria & flumia
enedicite cete & oĩa que mouent in [dño.
aquis dño: benedicite oẽs volucres celi dño.
enedicite omnes beſtie & pecora dño: benedi-
cite filii hominũ domino.
ñdicat iſrael dñm: laudet & ſuperexaltet eũ i ſe-
enedicite ſacerdotes dñi dño: bene- [cula.
dicite ſerui domini domino.

enedicite ſpiritus et anime iuſtoꝛū domino:
benedicite ſancti ⁊ humiles coꝛde domino.
enedicite anania azaria miſael domino: lau-
date ⁊ ſuperexaltate eum in ſecula.
enedicamus patrē ⁊ filiū cum ſancto ſpiritu
laudemus ⁊ ſuperexaltemus eum in ſecula.
enedictus es dn̄e in firmamēto celi: ⁊ lauda-
bilis ⁊ gloꝛioſus ⁊ ſuperexaltatus in ſecula. p̄s.
audate dn̄z de celis: laudate eū i excelſis
audate eum om̄es angeli eius: lauda-
te eum omnes virtutes eius.
audate eū ſol ⁊ luna: laudate eū oēs ſtelle ⁊ lu
audate eū celi celoꝝ: ⁊ aque que ſu- [men.
per celos ſunt laudent nomen domini.
ꝛ ip̄e dixit ⁊ fctā ſūt: ip̄e mādauit ⁊ creata ſūt
tatuit ea in eternum ⁊ in ſeculum ſeculi: pꝛe-
ceptum poſuit ⁊ nō pꝛeteribit.
audate dn̄m de terra: dꝛachones ⁊ oēs abyſſi
gnis grando nix glacies ſpūs pꝛocellaꝝ: que
faciunt verbum eius.
ōtes ⁊ oēs colles: ligna fructifera ⁊ oēs cedꝛi
eſtie ⁊ vniuerſa pecoꝛa: ſerpentes ⁊ volucres
eges terre ⁊ omēs populi: pꝛinci- [pēnate.
pes ⁊ omnes iudices terre.
uuenes ⁊ v̄gines ſenes cū iunioꝛibus laudēt
nomē dn̄i: quia exaltatū eſt nomē eius ſolius.
onfeſſio eius ſup celū ⁊ terrā: ⁊ exaltauit coꝛ-
ymnus oībus ſanctis eius: [nu ppl'i ſui.

filiis iſrael populo appꝛopinquāti ſibi.
Antate domino canticum nouum: laus
eius in eccleſia ſanctoꝛum.
tetᷣ iſrael in eo q̄ fecit eū: ⁊ filie ſyō exultēt in
audēt nomen eius in choꝛo: in [rege ſuo.
tympano ⁊ pſalterio pſallant ei.
uia beneplacitū eſt dn̄o in populo ſuo: ⁊ exal
tauit manſuetos in ſalutem.
xultabūt ſcti in gl'ia: letabunt i cubilib⁹ ſuis
xultationes dei in gutture eoꝛū: ⁊ gladii an-
cipites in manibus eoꝛum.
d faciēdā vindictā in natiōib⁹: increpatiōes
d alligādos reges eoꝝ in cōpe- [in ppl'is.
dibus: ⁊ nobiles eoꝝ i manicis ferreis.
t faciāt in eis iudiciū cōſcriptum: gloꝛia hec
eſt omnibus ſanctis eius.
Audate dn̄m in ſanctis eius: laudate eū
in firmamento virtutis eius.
audate eum in virtutibus eius: laudate euꝫ
ſecundū multitudinē magnitudinis eius.
audate eū i ſono tube: laudate eū in pſalterio
audate eū in tympano ⁊ cho- [⁊ cythara.
ro: laudate eum in coꝛdis ⁊ oꝛgano.
audate eū in cymbalis bn̄ſonātibus laudate
eū in cymbalis iubilatiōis: oīs ſpūs laudet dn̄ꝫ.
loꝛia. An. O admirabile ꝯmerciū creatoꝛ ge
neris humani aīatū coꝛpus ſumens de virgine
naſci dignatus eſt ⁊ pꝛocedēs homo ſine ſemine

largitus eſt nobis ſuam deitatē. Capitulū.

Aria virgo ſemꝑ letare q̄ meruiſti xp̄m portare celi ⁊ terre ꝯditorē: qꝛ de tuo vtero ꝓtuliſti mūdi ſaluatorē Deo grās. Hymn⁹.

Glorioſa femina excelſa ſupra ſydera qui te creauit prouide lactaſti ſacro vbere.

d eua triſtis abſtulit tu reddis almo germīe intrēt vt aſtra flebiles celi feneſtra facta es.

u regis alti ianua ⁊ porta lucis fulgida: vitā datā per virginē gētes redempte plaudite.

loria tibi dn̄e q̄ natus es de ꝟgine cum patre ⁊ ſancto ſp̄ū in ſempiterna ſecula. Amen. ℣. Elegit eā deus ⁊ preelegit eā. ℟. Et habitare facit eā in tabernaculo ſuo. Canticū zacharie.

Enedictus dn̄s de⁹ iſrael: quia viſitauit ⁊ fecit redemptionē plebis ſue.

t erexit cornu ſalutꝫ nobis: ī domo dauid pu[eri ſui]

icut locutus eſt per os ſanctorum: qui a ſeculo ſunt prophetarum eius.

alutem ex inimicis noſtris: ⁊ de manu omnium qui oderunt nos.

d faciendam miſericordiā cum patribus noſtris: ⁊ memorari teſtamēti ſui ſancti.

uſiurandum quod iurauit ad abrahā patrē noſtrum: daturum ſe nobis.

t ſine timore de manu inimicorum noſtroꝝ liberati: ſeruiamus illi.

n ſctitate ⁊ iuſticia corā ip̄o: oībus dieb⁹ nr̄is

Et tu puer propheta altiſſimi vocaberis: prei-
bis enim ante faciē dn̄i parare vias eius.
Ad dandā ſcientiā ſalutis plebi eius: in remiſ-
ſionem peccatorum eorum.
Per viſcera miſericordie dei noſtri: in quibꝰ vi-
ſitauit nos oriens ex alto.
Illuminare his q̄ in tenebris ⁊ in vmbra mor-
tis ſedēt: ad dirigēdos pedes nr̄os in viā pacis.
Gloria. An. O glorioſa dei genitrix virgo ſem-
per maria que dn̄m omniū meruiſti portare et
regem angelorum ſola virgo lactare / noſtri queſu-
mus pie memorare ⁊ pro nobis xp̄m deprecare
vt tuis fulti patrociniis ad celeſtia regna mere-
amur peruenire. ℣. Oſtende nobis dn̄e miam
tuam. ℟. Et ſalutare tuū da nobis. Oremus.
Concede nos famulos tuos queſumꝰ do-
mine deus perpetua mētis ⁊ corporis ſa-
lute gaudere: ⁊ glorioſa beate marie ſemp̄ vir-
ginis interceſſione a preſenti liberari triſticia / ⁊
eterna perfrui leticia. Per chriſtum dn̄m noſtrum.
Amen. Benedicamus domino. Deo gratias.
An. Veni ſancte ſpiritꝰ reple tuorum corda fideli-
um ⁊ tui amoris in eis ignē accende. ℣. Emitte
ſpiritum tuum ⁊ creabūtur. ℟. Et renouabis
faciem terre. ℣. Oremus.
Deus qui corda fideliū ſancti ſpiritus il-
luſtratiōe docuiſti: da nobis in eodē ſpi-
ritu recta ſapere: ⁊ de eius ſemper conſolatione



dign⁹ deo apo
ſtolus: germa
nus petri ⁊ in
paſſiõe ſocius
℣. Dilexit an-
dreã domi-
nus. ℟. In o-
dorē ſuauita-
tis. Oremus.
Oratio.

[redacted] aieſtatē tuā dñe ſuppliciter exoramus: vt ſicut eccleſie tue beat⁹ andreas apoſtolus extitit p̄dicator ⁊ rector: ita apud te ſit ꝓ nobis ꝑpetuus interceſſor. Per xp̄m dñm nr̄m. A



An. Iſte eſt iohãnes q̄ ſupra pectus dñi in cena recubuit: beatus apoſtolus cui reuelata ſũt ſecreta celeſtia. ℣. Valde honorandus eſt beatus iohannes euãgeliſta. ℟. Qui ſupra pectus domini in cena recubuit. Oremus.

[redacted] Ccleſiam tuaz queſumus dñe benignus illuſtra: vt beati iohannis apoſtoli tui ⁊ euangeliſte illuminata doctrinis ad dona ꝑueniat ſempiterna. Per xp̄m dñm noſtrum. Amen. An. Laurētius bonū opus op̄atus eſt qui per ſignū

ſctē cruc̄ꝭ cecos illumiauit. ℣. Diſpſit dedit pau-
perib⁹. ℟. Juſticia ei⁹ manet in ſcl'm ſcl'i. Orō.
A nobis q̄s omp̄s deus vicioꝝ noſtroꝝ
flāmas extinguere q̄ btō laurētio tribu-
iſti tormentoꝝ ſuoꝝ incēdia ſupare. Per xp̄m.



An. Stephan⁹ vidit celos
aptos vidit ꝛ introiuit: bea
tus homo cui celi patebūt.
℣. Gloria ꝛ honore corona-
ſti eū dn̄e. ℟. Et cōſtituiſti
eū ſup opa manuū tuarū.
A nobis [Orem⁹
queſum⁹ dn̄e imita
ri qd colimus vt diſcamus
ꝛ inimicos diligere: q2 eius
cōmemoratiōe agimus q
nouit etiā pro perſecutoribus
ſuis exorare dn̄m noſtrū ie-
ſum xp̄m filium tuū.
An. Tu per thome ſangui-
nem quem pro te impēdit
fac nos chriſte ſcādere quo
thomas aſcendit. Gloria
ꝛ honore coronaſti eū dn̄e.
℟. Et conſtituiſti eū ſuper
opa manuū tuaꝝ. Orem⁹.
Eus pro cuius eccle-
ſia glorioſus mar-

tyr & pōtifex thomas gladiis impioꝝ occubuit: preſta q̄s vt omnes qui eius implorant auxiliu pie petitiōis ſue ſalutarē conſequant effectum. Per chriſtum dn̄m noſtrum. Amen.



An. Beatus nicolaus adhuc puerulus multo ieiunio macerabat corpus. ℣. Ora p̄ nobis beate nicolae. ℞. Ut digni efficiamur promiſſionibꝰ chriſti. Oremus.

Deus qui beatū nicolaum piū pontificē tuū innumeris decoraſti miraculis: tribue nobis queſumꝰ vt eius meritis & precibus a gehenne incendiis liberemur. Per chriſtum dominum noſtrum. Amen.



De ſctā maria magdalena.

An. Maria ergo vnxit pedes ieſu et exterſit capillis capitis ſui: & domus impleta eſt ex odore vnguenti. ℣. Dimiſſa ſunt ei pctā multa. ℞. Quoniam dilexit multum. Oremus. Oratio.

Largire nobis clementiſſime pater quo ſicut beata maria magdalena vnigeni-

tum tuũ ſuper oĩa diligẽdo ſuoꝝ obtinuit ve-
niam peccaminũ: ita nobis apud miſericordiã
tuã ſempiternã impetret beatitudinẽ. Per xp̃m.



An. Virgo ſancta katherina
grecie gẽma vrbe alexandri-
na coſti regis erat filia. ℣. Ora
ꝓ nobis beata katherina. ℟.
Vt digni efficiamur promiſ-
ſionibus xp̃i. Oremus.
Omnipotens ſempiterne de⁹
qui glorioſe virginis &
martyris tue katherine cor-
pus in montẽ ſynay ab ange-
lis deferri iuſſiſti: cõcede ꝓpi-
tius eius obtẽtu nos ad arcem virtutũ prouehi
vbi viſionis tue claritatem mereamur intueri
Per chriſtum dominum noſtrum. Amen.



An. Erat autẽ margareta an-
noꝝ quindecim cũ ab impio
olibrio traderet in carcerẽ. ℣.
Specie tua et pulchritudine
tua. ℟. Intende proſpere pce-
de & regna. Oremus.
Deus qui beatã virgi-
nem margaretã ad ce-
los ꝑ martyrii palmã venire
feciſti: ꝯcede nobis queſum⁹
vt eius exempla ſequẽtes ad

te pertingere mereamur. Per xp̄m dñm no.
An. Om̄es ſancti ⁊ electi dei noſtri memorami
ni ante deum: vt veſtris precibus adiuti merea
mur vobis adiũgi. ℣ Letamini in dño ⁊ exulta
te iuſti. ℟. Et gl'iamini oẽs recti corde. Orem⁹
Mniũ ſanctorũ tuorũ q̃ſumus dñe inter-
ceſſiõe placatus ⁊ veniã nobis delictorũ
tribue ⁊ remedia ſempiterna ↄcede. Per xp̄m.
An. Da pacẽ dñe in diebus noſtris q2 nõ eſt ali⁹
qui pugnet pro nobis niſi tu de⁹ noſter. ℣. Dñe
fiat pax in virtute tua. ℟. Et abundãtia in tur-
ribus tuis. Oremus.
Eus a quo ſancta deſideria recta cõſilia
⁊ iuſta ſunt opera da ſeruis tuis illã quã
mundus dare nõ poteſt pacẽ: vt ⁊ corda nr̃a mã-
datis tuis dedita/ ⁊ hoſtium ſublata formidine
tempora ſint tua ꝓtectione trãquilla. Per xp̄m
dñm noſtrum. Amen. Benedicamus domino
Deo gratias. Ad matutinas de cruce.



Atris ſapiẽtia veritas di
uina. Deus homo captus
eſt hora matutina. A notis diſci
pulis cito derelict⁹. A iudeis tra
ditus venditus afflictus. ℣. Ado-
ramus te chriſte ⁊ benedicim⁹
tibi. ℟. Quia per ſanctam cru-
cem tuam redemiſti mundum
Oremus. Oratio.

[redacted]omine ieſu xp̄e fili dei viui pone paſſio
[redacted]nē crucē ⁊ mortē tuā inter iudiciū tuū et
animas nr̄as nūc ⁊ in hora mortis noſtre ⁊ lar=
giri digner; viuis miam ⁊ grām / defunctis re
quiē ⁊ veniā / eccleſie tue ſancte pacē ⁊ ↄcordiā: ⁊
nobis peccatoribus vitā ⁊ gloriā ſempiternam
Qui cū prē ⁊ ſpū ſctō viuis ⁊ regnas deus p oīa
ſecula ſeculoꝝ. Amē. [redacted] Glorioſa paſſio dn̄i no=
ſtri ieſu chriſti eruat nos a dolore triſti: ⁊ pducat
nos ad gaudia paradiſi. Amen. [redacted]



[redacted] De cōpaſſione btē marie.
[redacted]atris cor virgineuz
[redacted]trina totum triuit.
Quādo ſuum filium nocte
captum ſciuit. Ductum ad
pretorium mane cum audi=
uit. Frequēs dans ſuſpiriuz
ſepe ſingultiuit. V⁹. Te lau=
damus ⁊ rogamus mater ie
ſu chriſti. R. Ut intendas et
defendas nos a morte triſti. [redacted] Oremus.
[redacted]omine ſctē ieſu fili dulcꝭ vginis marie
[redacted]qui pro nobis mortez in cruce tolleraſti:
fac nobiſcū miam tuā: ⁊ da nobis ⁊ cūctis com=
paſſionē tue ſanctiſſime matris deuote recolen
tibus eius amore vitam in preſenti gratioſam
⁊ tua pietate gloriā in futuro ſēpiternā. Ju qua
viuis ⁊ regnas de⁹. Per o. [redacted] Trenoſa cōpaſſio

dulciſſime dei matr ꝓducat nos ad gaudia ſū-
mi celi patris. Amen. Ad pꝛimam.



Eus in adiutoꝛiū meū intende. Dn̄e ad adiuuandum me feſtina. Gloꝛia patri. Sicut erat. Hymnus

Eni creatoꝛ ſpūs mētes tuoꝝ viſita imple ſuperna gratia que tu creaſti pectoꝛa. Memento ſalutis auctoꝛ q̄ noſtri quondā coꝛpoꝛis ex illibata virgine naſcendo foꝛmam ſumpſeris.

Maria plena gratie mater miſericoꝛdie tu nos ab hoſte pꝛotege ⁊ hoꝛa moꝛtis ſuſcipe.

Gloꝛia tibi dn̄e qui natus es de virgine cū patre ⁊ ſancto ſpiritu in ſempiterna ſecula. Amen

An. O admirabile. Pſalmus.

Eus in nomīe tuo ſaluū me fac: ⁊ in virtute tua iudica me

Deus exaudi oꝛationem meam: auribus percipe verba oꝛis mei.

Quoniā alieni inſurrexerunt aduerſum me: ⁊ foꝛtes queſierunt animā meam: ⁊ nō pꝛopoſuerunt deum ante conſpectum ſuum.

Ecce enī deus adiuuat me: ⁊ dn̄s ſuſceptoꝛ eſt aīe mee.

Auerte mala inimicis meis: et in veritate tua diſperde illos.

Voluntarie ſacrificabo tibi ⁊ confiteboꝛ nomi-

ni tuo domine: quoniam bonum eſt.
[redacted] m̄ ex om̄i tribulatiōe eripuiſti me: ⁊ ſup īimi
cos meos deſpexit oculus meus. [redacted]loꝛia. p̄s.
[redacted] Audate dominū om̄es gentes: laudate
[redacted] eum omnes populi. [redacted]
[redacted] m cōfirmata eſt ſuper nos mīa eius: ⁊ veri=
tas dn̄i manet in eternū [redacted]loꝛia. [redacted] p̄s.
[redacted] Onfitemini dn̄o q̄m bonus: q̄m in ſecu=
[redacted] lum miſericoꝛdia eius. [redacted]
[redacted] cat nūc iſrael q̄m bon⁹: q̄m in ſcl̄m mīa ei⁹.
[redacted] icat nūc dom⁹ aaron: q̄m in ſcl̄m mīa eius.
[redacted] icāt nūc qui timēt dn̄m: q̄m in ſcl̄m mīa ei⁹.
[redacted] e tribulatiōe inuocaui dn̄m: ⁊ exaudiuit me
in latitudine dominus. [redacted]
[redacted] n̄s michi adiutoꝛ: nō timebo quid faciat mi
[redacted] ominus michi adiutoꝛ: ⁊ ego [chi homo.
deſpiciam inimicos meos. [redacted]
[redacted] onū eſt ꝯfidere in dn̄o: ꝙ confidere in homīe
[redacted] onū eſt ſperare in dn̄o: ꝙ ſpare in pꝛincipib⁹.
[redacted] mnes gentes circuierūt me: ⁊ in nomine dn̄i
quia vltus ſum in eos. [redacted]
[redacted] ircundātes circundederūt me: et in nomine
dn̄i quia vltus ſum in eos. [redacted]
[redacted] ircūdederūt me ſicut apes: ⁊ exarſerūt ſicut
ignis in ſpinis: ⁊ in noīe dn̄i qꝛ vltus ſum in eos
[redacted] mpulſus euerſus ſum vt caderem: ⁊ domi=
nus ſuſcepit me. [redacted]
[redacted] oꝛtitudo mea ⁊ laus mea dominus: ⁊ factus

eſt michi in ſalutem.

ox exultatiõis ꝛ ſalutꝭ: ĩ tabernaculis iuſtoꝝ

extera dñi fecit virtutem dextera dñi exalta
uit me: dextera dñi fecit virtutem.

on moꝛiar ſed viuã: ꝛ narrabo opa dñi.

aſtigãs caſtigauit me dominus: ꝛ moꝛti nõ
tradidit me.

perite michi poꝛtas iuſticie ꝛ ingreſſus ĩ eas
ꝯfitebor dño: hec poꝛta dñi iuſti intrabunt in eã

onfitebor tibi dñe qm̃ exaudiſti me: ꝛ factus
es michi in ſalutem.

apidem quem repꝛobauerũt edificantes: hic
factus eſt in caput anguli.

domino factum eſt iſtud: et eſt mirabile in
oculis noſtris.

ec eſt dies quam fecit dominus: exultemus
letemur in ea.

dñe ſaluum me fac o dñe bene pꝛoſperare: be
nedictus qui venit in nomĩe dñi.

enediximus vobis de domo domini: deus
dominus ꝛ illuxit nobis.

onſtituite diem ſolemnem in condenſis: vſ=
qꝫ ad coꝛnu altaris.

eus meus es tu ꝛ confitebor tibi: deus meus
es tu ꝛ exaltabo te.

onfitebor tibi quoniam exaudiſti me: et fac=
tus es michi in ſalutem.

onfitemini domino quoniã bonus: quoniã

in ſeculum miſericordia eius. [illegible]oria patri. &c.
An. O admirabile commertiu creator generis
humani animatum corpus ſumens de virgine
naſci dignatus eſt & procedens homo ſine ſemi-
ne largitus eſt nobis ſuā deitatē. Capitulum.
[illegible]N omnibus requiem queſiui & in heredi
[illegible]tate domini morabor: tunc precepit & di-
xit michi creator omniū: & qui creauit me reqe-
uit in tabernaculo meo. Deo gratias. R. Aue
maria gratia plena dominus tecum. Aue ma-
ria. V. Benedicta tu in mulieribus et benedi-
ctus fruct⁹ vētris tui. Dn̄s tecū. Gloria pr̄i & fi-
lio & ſpiritui ſancto. Aue maria gratia plena do
minus tecū. V. Sancta dei genitrix virgo ſem-
per maria. R. Intercede pro nobis ad dominū
deū noſtrū. Dn̄e exaudi orationē meam. Et cla
mor meus ad te veniat. [illegible] Oremus.
[illegible]Oncede nos famulos tuos qs̄umus dn̄e
deus perpetua mentis et corporis ſalute
gaudere et glorioſa beate marie ſemp virginis
interceſſiōe a preſenti liberari triſticia et eterna
pfrui leticia. Per xp̄m dn̄m noſtrū. Amen. [illegible]
[illegible]Ora prima ductus eſt ieſus ad pylatum:
falſis teſtimoniis multum accuſatum.
In collo percutiūt manibus ligatū: Vultū dei
conſpuūt lumen celi gratū. V. Adoram⁹ te xp̄e
& benedicimus tibi. R. Quia per ſanctā crucē
tuam redemiſti mundum. [illegible] Oremus.

[redacted] Domine ieſu xp̄e fili dei viui pone paſſio-
nem crucē et mortem tuam inter iudici-
um tuū ⁊ animas noſtras nunc ⁊ in hora mortꝭ
noſtre ⁊ largiri digneris viuis miſericordiam ⁊
gratiam/defunctis requiem ⁊ veniam/eccleſie
tue ſancte pacem ⁊ concordiā: ⁊ nobis peccatori-
bus vitam ⁊ gloriam ſempiternam. Qui cum
patre ⁊ ſpiritu ſancto viuis ⁊ regnas deus. Per
oīa ſecula ſeculorꝝ. Amen. [redacted] Glorioſa paſſio
dn̄i noſtri ieſu chriſti eruat nos a dolore triſti/et
perducat nos ad gaudia paradiſi. Amen. [redacted]

[redacted] Hora prima domina videns flagellatum
Suum vnigenitū turpiter tractatum.
Colaphis ⁊ alapis ſputo deformatum. Manꝰ
torquens grauiter ruit in ploratum. ℣. Te lau-
damus et rogamus mater ieſu chriſti. ℟.
Ut intendas et defendas nos a morte triſti. A-
men. [redacted] Oremus. [redacted]

[redacted] Domine ſancte Jeſu fili dulcis virginis
marie qui pro nobis mortē in cruce tol-
leraſti: fac nobiſcum miſericordiā tuā: ⁊ da no-
bis ⁊ cunctis compaſſionē tue ſanctiſſime ma-
tris deuote recolentibus eius amore vitā in pre-
ſenti gratioſam: et tua pietate gloriā in futuro
ſempiternā. In qua viuis ⁊ regnas deus. Per
oīa ſecula ſeculorꝝ. Amen. [redacted] Trenoſa cōpaſ-
ſio dulciſſime dei matris pducat nos ad gaudia
ſummi celi patris. Amen. [redacted] Ad terciā.



[redacted] Eus in adiutoꝛiū meū in[redacted]tende. Dñe ad adiuuandum me feſtina. [redacted]loꝛia patri. [redacted]icut erat. ꝛc. [redacted] Hymnus.

[redacted] Eni creatoꝛ ſpūs mētes tuoꝝ viſita imple ſuperna gratia que tu creaſti pectoꝛa [redacted]emento ſalutis auctoꝛ q̃ no[redacted]ſtri quondā coꝛpoꝛis ex illibata virgine naſcendo foꝛmiam ſumpſeris. [redacted]

[redacted]loꝛia tibi dñe qui natus es de virgine cū patre ꝛ ſancto ſpiritu in ſempiterna ſecula. Amen

An. Quādo natus es. [redacted] Pſalmus.

[redacted] D dñm cū tribularer clamaui: ꝛ exaudiuit me. [redacted]omine libera aīam meā a labiis iniquis: ꝛ a lingua doloſa. [redacted]

[redacted]uid detur tibi aut quid apponatur tibi: ad linguam doloſam. [redacted]

[redacted]agitte potētis acute: cū carbonibus deſolatoriis. [redacted]eu michi quia incolatus meus pꝛolongatus eſt/ habitaui cum habitātibus cedar: multum incola fuit anima mea. [redacted]

[redacted]um his qui oderunt pacem eram pacificus: cum loquebar illis impugnabant me gratis

[redacted]loꝛia patri. [redacted]icut erat. [redacted] Pſalmus.

[redacted] Euaui oculos meos in mōtes: vnde veniet auxilium michi. [redacted]

[redacted]uxiliū meū a dño: qui fecit celum ꝛ terram.

on det in commotionē pedem tuū: neq; dor-
mitet qui cuſtodit te.
cce nō dormitabit neq; dormiet: q̄ cuſtodit iſ
ominus cuſtodit te dn̄s protectio [rael.
tua: ſuper manū dexteram tuam.
er diē ſol nō vret te: neq; luna per noctem
ominus cuſtodit te ab omni malo: cuſtodiat
animā tuam dominus.
n̄s cuſtodiat introitū tuū ⁊ exitū tuū: ex hoc
nūc ⁊ vſq; in ſcl'm. loria. Pſalmus.
Etatus ſū in his que dicta ſunt michi: in
domū domini ibimus.
tates erāt pedes nr̄i: in atriis tuis hieruſalē.
ieruſalem que edificatur vt ciuitas: cuiꝰ par
ticipatio eius in idipſum.
lluc enim aſcenderūt tribus tribus dn̄i: teſti-
moniū iſrael ad confitendū nomini dn̄i.
r illic ſederūt ſedes ī iudicio: ſedes ſup domū
ogate que ad pacem ſunt hieru- [dauid.
ſalem: ⁊ abundantia diligentibus te.
iat pax ī ꝟtute tua: ⁊ abūdātia ī turribꝰ tuis.
ropter fratres meos ⁊ proximos meos: loque-
bar pacem de te.
ropter domū dn̄i dei noſtri: q̄ſiui bona tibi.
loria. An. Dn̄ natus es ineffabiliter ex virgi
ne tūc implete ſūt ſcripture ſicut pluuia in vellꝰ
deſcēdiſti vt ſaluū faceres genus humanum te
laudamus deus noſter. Capitulum.

B initio ⁊ ante ſecula creata ſū ⁊ vſq; ad
futuꝝ ſeculū nō deſinā: et in habitatiōe
ſcta coꝛā ipſo miniſtraui. Deo grās. ℞. Sancta
dei genitrix virgo ſemꝑ maria. Sctā. ℣. Inter-
cede pꝛo nobis ad dn̄m deū noſtꝝ. Virgo ſemꝑ
maria. Gloꝛia. Sctā dei. ℣. Poſt partū ꝟgo in-
uiolata ꝑmanſiſti. ℞. Dei genitrix intercede ꝓ
nobis. Dn̄e exaudi o. Et clamoꝛ. Oꝛemus
Oncede nos famulos tuos q̄ſumus dn̄e
deus perpetua mentis et coꝛpoꝛis ſalute
gaudere et gloꝛioſa beate marie ſemꝑ virginis
interceſſiōe a pꝛeſenti liberari triſticia et eterna
ꝑfrui leticia. Per xp̄m dn̄m noſtrū. Amen.
Rucifige clamitāt hoꝛa terciaꝝ. Illuſus
induitur veſte purpuraꝝ. Caput ei⁹ pun
gitur coꝛona ſpinaꝝ. Crucē poꝛtat humeris ad
loca penarū. ℣. Adoꝛamus te chꝛiſte ⁊ benedici-
mus tibi. ℞. Quia per ſanctam crucem tuam
redemiſti mundum. Oꝛemus.
Omine ieſu xp̄e fili dei viui pone paſſio
nē crucē ⁊ moꝛtē tuā inter iudiciū tuū et
animas nr̄as nūc ⁊ in hoꝛa moꝛtis noſtre ⁊ lar-
giri digneris viuis mīam ⁊ grām/ defunctis re
quiē ⁊ veniā/ eccleſie tue ſancte pacē ⁊ cōcoꝛdiā: ⁊
nobis peccatoꝛibus vitā ⁊ gloꝛiā ſempiternam
Qui cū pr̄e ⁊ ſpū ſctō viuis ⁊ regnas deus ꝑ oīa
ſecula ſeculoꝝ. Amē. Gloꝛioſa paſſio dn̄i no-
ſtri ieſu chꝛiſti eruat nos a doloꝛe triſti: ⁊ ꝑducat

nos ad gaudia paradiſi. Amen.

Idens virgo virginũ hora tercia ꝛc. Caput punctũ filii corona ſpinarũ. Crucez fert ſcapulis ad loca penarũ. Heu dolore ſternitur luto platearum. ℣. Te laudamus ꝛ rogam mater ieſu chriſti. ℟. Ut intẽdas ꝛ defẽdas nos a morte triſti. Oremus.

Omine ſctẽ ieſu fili dulcis ꝟginis marie qui pro nobis mortez in cruce tolleraſti: ract nobiſcũ miam tuã: ꝛ da nobis ꝛ cũctis compaſſionẽ tue ſanctiſſime matris deuote recolentibus eius amore vitam in preſenti gratioſam: ꝛ tua pietate gloriã in futuro ſẽpiternã. In qua viuis ꝛ regnas de⁹. Per o. Trenoſa cõpaſſio dulciſſime dei matris pducat nos ad gaudia ſumi celi patris. Amen. Ad ſextam.



Eus in adiutoriũ meũ intende. Dñe ad adiuuandum me feſtina. loria patri. Sicut erat. ꝛc. Hymnus.

Eni creator ſpũs mẽtes tuorũ viſita imple ſuper na gratia que tu creaſti pectora. emento ſalutis auctor ꝙ noſtri quondã corporis ex illibata virgine naſcendo formam ſumpſeris.

Maria plena gratie mater miſericordie tu nos ab hoſte protege ꝛ hora mortis ſuſcipe.

loꝛia tibi dñe qui natus es de virgine cũ pa-
tre ⁊ ſancto ſpiritu in ſempiterna ſecula. Amen
An. Rubum quem. Pſalmus.
D te leuaui oculos meos: q̄ h̄itas ĩ celis.
cce ſicut oculi ſeruoꝝ ĩ manibꝰ dñoꝝ
icut oculi ancille in manibꝰ dñe ſue: [ſuoꝝ
ita ocl'i nr̄i ad dñm deũ nr̄m donec miſereat̄ nr̄i
ſerere noſtri dñe miſerere noſtri: quia mul-
tum repleti ſumus deſpectione.
uia multũ repleta eſt aĩa noſtra: opprobꝛiũ
abundãtibus ⁊ deſpectio ſupbis. loꝛia. Ps.
Iſi qꝛ dñs erat in nobis dicat nũc iſrael:
niſi quia dñs erat in nobis.
ũ exurgerẽt hoĩes in nos: foꝛte viuos deglu-
um iraſceretur furoꝛ eoꝝ in [tiſſent nos.
nos: foꝛſitan aqua abſoꝛbuiſſet nos.
oꝛrentẽ pertrãſiuit aĩa noſtra: foꝛſitan ptrã-
ſiſſet anima noſtra aquã intollerabilem.
ñdictꝰ dñs q̄ nõ dedit nos: ĩ captõe dẽtibꝰ eoꝝ
ia nr̄a ſicut paſſer erepta eſt: de laq̄o venãtiũ
iqueus cõtritus eſt: ⁊ nos liberati ſumus
diutoꝛium noſtrum in nomĩe dñi: qui fecit
celum ⁊ terram loꝛia. Pſalmus.
Ui ꝯfidũt in dño ſicut mõs ſyon nõ com-
mouebit in eternũ: q̄ habitat in hieruſa
otes in circuitu eius ⁊ dñs in circuitu popu-
li ſui: ex hoc nunc ⁊ vſq̄ in ſeculum.
nõ relinquet dñs virgã pctõꝝ ſup ſoꝛtẽ in-

ſtorum: vt non extendant iuſti ad iniquitatem
manus ſuas.
Benefac domine: bonis ⁊ rectis corde.
Declinantes autē in obligatiões adducet dñs
cū operantibus iniquitatē: pax ſuper iſrael.
Gloria. An. Rubū quē viderat moyſes incom
buſtū cõſeruatā agnouimus tuā laudabilē vir=
ginitatē dei genitrix intercede ꝓ nobis. Cp̄m.
Et ſic in ſyon firmata ſū: ⁊ in ciuitate ſan
ctificata ſimiliter requieui ⁊ in hieruſalē
poteſtas mea. Deo grās. ℟. Poſt partū virgo
inuiolata permanſiſti. Poſt partū. ℣. Dei geni=
trix intercede pro nobis. Inuiolata permanſiſti
Gloria patri ⁊ filio ⁊ ſpiritui ſancto. Poſt partū
virgo inuiolata permanſiſti. ℣. Specioſa facta
es ⁊ ſuauis. ℟. In deliciis tuis ſctā dei genitrix
Dñe exaudi orationē meā. Et clamor meus ad
te veniat. Oremus.
Concede nos famulos tuos queſum⁹ do=
mine deus perpetua mētis ⁊ corporis ſa=
lute gaudere ⁊ glorioſa beate marie ſemp̄ virgi
nis interceſſiõe a p̄ſenti liberari triſticia: et eter=
na p̄frui leticia. Per xp̄m dñm noſtrū. Amen.
Benedicamus dño. Deo gratias.
Hora ſexta ieſus eſt cruci conclauat⁹. At=
qꝫ cum latronibus pendens deputatus.
Pre tormentis ſitiens felle ſaturatus. Agnus
crimen diluit ſic ludificatus. ℣. Adoram⁹ te xp̄e

D

⁊ benedicimus tibi. ℟. Quia per ſanctā crucē tuam redemiſti mundum. [redacted] Oremus.

[redacted] Omine ieſu xp̄e fili dei viui pone paſſionē crucē ⁊ mortē tuā inter iudiciū tuū et animas nr̄as nūc ⁊ in hora mortis noſtre ⁊ largiri digneris viuis mīam ⁊ grām / defunctis requiē ⁊ veniā / eccleſie tue ſancte pacē ⁊ ꝯcordiā: ⁊ nobis peccatoribus vitā ⁊ gloriā ſempiternam Qui cū p̄re ⁊ ſpū ſctō viuis ⁊ regnas deus ꝑ oīa ſecula ſeculorum. Amē [redacted] Glorioſa paſſio dn̄i noſtri ieſu chriſti eruat nos a dolore triſti: ⁊ ꝑducat nos ad gaudia paradiſi. Amen. [redacted]

[redacted] Ora ſexta reſpicit mater ſuum natum.
Obſtitum vulnerib⁹ in cruce leuatum.
Inter fures poſitū fellecꝫ potatū. Illa ſecū centies reddit eiulatū. ℣. Te laudamus ⁊ rogam⁹ mater ieſu chriſti. ℟. Ut intendas et defendas nos a morte triſti. [redacted] Oremus.

[redacted] Omine ſancte Ieſu fili dulcis virginis marie qui pro nobis mortē in cruce toleraſti: fac nobiſcum miſericordiā tuā: ⁊ da nobis ⁊ cunctis compaſſionē tue ſanctiſſime matris deuote recolentibus eius amore vitā in preſenti gratioſam: et tua pietate gloriā in futuro ſempiternā. In qua viuis ⁊ regnas deus. Per oīa ſecula ſeculorum. Amen [redacted] Trenoſa cōpaſſio dulciſſime dei matris ꝑducat nos ad gaudia ſummi celi patris. Amen. [redacted]



Eus in adiutoriũ meũ i
tende. Dñe ad adiuuan
dum me feſtina. loria. Hy⁹
Eni creator ſpũs mẽtes
tuoꝝ viſita imple ſuper
na gratia que tu creaſti pectora
emento ſalutis auctor q̄ no-
ſtri quondã corporis ex illibata
virgine naſcẽdo formã ſũpſeris
aria plena gratie mãter miſericordie tu nos
ab hoſte protege ⁊ hora mortis ſuſcipe.
loria tibi dñe qui natus es de virgine cũ pa-
tre ⁊ ſancto ſpiritu in ſempiterna ſecula. Amen
An. Germinauit radix ieſſe. Pſalmus.
N ↄuertẽdo dñs captiuitatẽ ſyõ: facti ſum⁹ [ſicut ↄſolati
ũc repletũ eſt gaudio
os noſtrum: ⁊ lingua noſtra exultatione
ũc dicẽt int gẽtes: magnificauit dñs facere
agnificauit dñs facere nobiſcũ: [cũ eis.
facti ſumus letantes.
onuertere domĩe captiuitatẽ noſtram: ſicut
torrens in auſtro.
ui ſeminãt i lachrymis: in exultatiõe metẽt.
untes ibãt ⁊ flebant: mittẽtes ſemina ſua
enietes autẽ venient cũ exultatiõe: portãtes
manipulos ſuos loria pa. Pſalmus.
Iſi dñs edificauerit domũ: inuanum la
borauerunt qui edificant eam

iſi dominus cuſtodierit ciuitatē: fruſtra vi-
gilat qui cuſtodit eam.
anū eſt vobis ante lucē ſurgere: ſurgite poſt-
ꝙ ſederitis qui māducatis panē doloꝛis.
um dederit dilectis ſuis ſomnū: ecce heredi-
tas dñi filii merces fructus ventris.
icut ſagitte ī manu potētis: ita filii excuſſoꝝ
eatus vir ꝗ impleuit deſideriū ſuū ex ipis: nō
ꝯfundet cū loquet inimicis ſuis in porta ria.
Eati om̄es qui timent dñm: qui ps.
ambulant in viis eius.
aboꝛes manuū tuarum quia māducabis: be
atus es ⁊ bene tibi erit.
coꝛ tua ſicut vitꝫ abūdās: ī laterib⁹ dom⁹ tue
ilii tui ſicut nouelle oliuaꝝ: in circuitu mēſe
cce ſic benedicet hō: ꝗ timet dñm. tue.
enedicat tibi dñs ex ſyon: ⁊ videas bona hie-
ruſalem oībus diebus vite tue.
t videas filios filioꝝ tuoꝝ: pacē ſup iſrael
loꝛia pa. An. Germinauit radix ieſſe oꝛta eſt
ſtella ex iacob virgo peperit ſaluatoꝛem te lau-
damus deus noſter. Capitulum.
T radicaui in populo honoꝛificato: et in
ptes dei mei hereditas illius: ⁊ in plenitu
dine ſanctoꝝ detētio mea. Deo grās. Speci
oſa facta es ⁊ ſuauis. Specioſa. v. In delicijs tu
is ſancta dei genitrix. Et ſuauis. Gloꝛia patri ⁊
filio ⁊ ſpūi ſctō. Specioſa facta es ⁊ ſuauis.

Dignare me laudare te ꝟgo ſacrata. ℞. Da michi virtutē contra hoſtes tuos. Dn̄e exaudi orationē meā. Et clamor meꝰ ad te veniat. Oremꝰ.

Oncede nos famulos tuos q̄ſumus dn̄e deus perpetua mentis et corporis ſalute gaudere et glorioſa beate marie ſemꝑ virginis interceſſiōe a preſenti liberari triſticia et eterna ꝑfrui leticia. Per xp̄m dn̄m noſtrū. Amen.

Ora nona dn̄s ieſus expirauit: Hely clamans ſpiritū patri cōmendauit: Latus eius lancea miles ꝑforauit. Terra tūc cōtremuit ⁊ ſol obſcurauit. ℣. Adoramus te chriſte ⁊ benedicimus tibi. ℞. Quia per ſanctam crucem tuam redemiſti mundum. Oremus.

Omine ieſu chriſte fili dei viui pone paſſionem crucem ⁊ mortem tuam inter iudicium tuum ⁊ animas noſtras nunc ⁊ in hora mortis noſtre ⁊ largiri digneris viuis miſericordiam ⁊ gratiam / defunctis requiē ⁊ veniam / eccleſie tue ſancte pacem ⁊ concordiā: ⁊ nobis peccatoribus vitam et gloriam ſempiternā. Qui cum patre ⁊ ſpiritu ſancto viuis ⁊ regnas deus Per omnia ſecula ſeculoꝝ. Amen. Glorioſa paſſio dn̄i nr̄i ieſu chriſti eruat nos a dolore triſti: ⁊ ꝑducat nos ad gaudia paradiſi. Amen.

Ora nona flebilis cernit expirātem. Patri dando ſpiritū eloy clamantē. Militem cum lancea latus ꝑforantem. Cadit tunc in ex-

taſim doloꝛ ſternit ſtantē. ℣. Te laudamus ⁊ ro
gamus mater ieſu xp̄i. ℟. Ut intendas ⁊ defen
das nos a moꝛte triſti. [redacted] Oꝛemus.
[redacted] Omine ſctē ieſu fili dulcꝭ ꝟginis marie
qui pꝛo nobis moꝛtez in cruce tolleraſti:
fac nobiſcū miam tuā: ⁊ da nobis ⁊ cūctis com=
paſſionē tue ſanctiſſime matris deuote recolen
tibus eius amoꝛe vitam in pꝛeſenti gratioſam:
⁊ tua pietate gloꝛiā in futuro ſēpiternā. In qua
viuis ⁊ regnas deꝰ. Per o[redacted] Trenoſa cōpaſſio
dulciſſime dei matrꝭ pducat nos ad gaudia ſū=
mi celi patris. Amen.

[redacted] Ad veſperas.



[redacted] Eus in adiutoꝛium me=
um intēde. Domine ad
adiuuandum me feſtina. [redacted] lo=
ria patri ⁊ filio: ⁊ ſpiritui ſancto
icut erat in pꝛincipio ⁊ nunc
⁊ ſemper: ⁊ in ſecula ſeculoꝛum
Amen. Alleluya. An. Poſt par=
tum. [redacted] Pſalmus.
Etatus ſū in his que dicta ſunt michi: in
domū domini ibimus.
tātes erāt pedes nr̄i: in atriis tuis hieruſalē.
eruſalem que edificatur vt ciuitas: cuꝰ par
ticipatio eius in idipſum.
lluc enim aſcenderūt tribus tribus dn̄i: teſti
moniū iſrael ad confitendū nomini dn̄i.

illic ſederũt ſedes ĩ iudicio: ſedes ſup̄ domũ
ogate que ad pacem ſunt hieru- [dauid.
ſalem: ⁊ abundantia diligentibus te.
iat pax ĩ ꝟtute tua: ⁊ abũdãtia ĩ turrib⁹ tuis.
opter fratres meos ⁊ ꝓximos meos: loque-
bar pacem de te.
opter domũ dñi dei noſtri: q̄ſiui bona tibi.
loꝛia patri. Pſalmus.
D te leuaui oculos meos: q̄ hĩtas ĩ celis.
cce ſicut oculi ſeruoꝝ ĩ manib⁹ dñoꝝ
cut oculi ancille in manib⁹ dñe ſue: [ſuoꝝ
ita ocľi nr̃i ad dñm deũ nr̃m donec miſereat̃ nr̃i
iſerere noſtri dñe miſerere noſtri: quia mul-
tum repleti ſumus deſpectione.
uia multũ repleta eſt aĩa noſtra: oppꝛobꝛiũ
abũdãtibus ⁊ deſpectio ſup̄bis. loꝛia. ps.
Iſi qꝛ dñs erat in nobis dicat nũc iſrael:
niſi quia dñs erat in nobis.
i exurgerẽt hoĩes in nos: foꝛte viuos deglu-
um iraſceretur furoꝛ eoꝝ in [tiſſent nos.
nos: foꝛſitan aqua abſoꝛbuiſſet nos.
oꝛrentẽ pertrãſiuit aĩa noſtra: foꝛſitan ꝑtrã-
iſſet anima noſtra aquã intollerabilem.
ũdict⁹ dñs q̄ nõ dedit nos: ĩ captõe dẽtib⁹ eoꝝ
ia nr̃a ſicut paſſer erepta eſt: de laq̄o venãtiũ
aqueus cõtritus eſt: ⁊ nos liberati ſumus.
diutoꝛium noſtrum in nomĩe dñi: qui fecit
celum ⁊ terram. loꝛia. Pſalmus.

Ui ꝯfidūt in dño ſicut mōs ſyō nō com-
mouebit in eternū: q̄ habitat in hierl'm.
ōtes in circuitu eius ⁊ dñs in circuitu popu-
li ſui: ex hoc nunc ⁊ vſq̄ in ſeculum.
ꝛ nō relinquet dñs virgā pctōꝝ ſup ſoꝛtē iu-
ſtoꝝ: vt nō extēdāt iuſti ad iniq̄tatē man⁹ ſuas.
enefac domine: bonis ⁊ rectis coꝛde.
eclinantes autē in obligatiōes adducet dñs
cū operantibus iniquitatē: pax ſuper iſrael.
oꝛia pa. icut e. Pſalmus.
N conuertēdo dñs captiuitatē ſyon: facti
ſumus ſicut conſolati.
unc repletum eſt gaudio os noſtꝝ: ⁊ lingua
noſtra exultatione.
unc dicent inter gētes: magnificauit domi-
nus facere cum eis.
agnificauit dominus facere nobiſcuʒ: facti
ſumus letantes.
onuertere domine captiuitatem noſtram: ſi-
cut toꝛrens in auſtro.
ui ſemināt in lachꝛymis: ī exultatiōe metēt.
untes ibant ⁊ flebant: mittētes ſemina ſua.
enientes autem venient cū exultatione: poꝛ-
tantes manipulos ſuos. oꝛia patri. ac. An.
oſt partum virgo inuiolata pmanſiſti dei ge-
nitrix intercede pꝛo nobis. Capitulum.
Eata es maria que dñm poꝛtaſti creato-
rem mundi genuiſti qui te fecit ⁊ in eter-

num ꝑmanes virgo. Deo grãs. Hymnus.
ue maris ſtella dei matˀ alma atq; ſem
per virgo felix celi poꝛta.
umens illud aue gabꝛielis oꝛe: funda nos in
pace mutans nomen eue.
olue vincla reis pꝛofer lumen cecis: mala no
ſtra pelle bona cũcta poſce.
onſtra te eſſe matrem ſumat per te pꝛecem:
qui pꝛo nobis natus tulit eſſe tuus.
irgo ſingularis inter oĩes mitis: nos culpis
ſolutos mites fac ⁊ caſtos.
itam pꝛeſta puram iter para tutũ: vt viden-
tes ieſum ſemper colletemur.
it laus deo patri ſummo xp̃o decus: ſpũi ſctõ
trinus honoꝛ vnus. Amẽ. ℣. Diffuſa eſt grã in
labiis tuis. ℟. Propterea bñdixit te deꝰ in etern-
num. An. Sctã maria. Canticũ beate marie
agnificat anima mea dñm.
t exultauit ſpũs meꝰ: in deo ſalutari
reſpexit humilitatẽ ancille ſue: ec- [meo.
ce enim ex hoc beatã me dicẽt oĩs generatiões
uia fecit michi magna qui potens eſt: ⁊ ſan-
ctum nomen eius.
t miſericoꝛdia eius a pꝛogenie in pꝛogenies:
timentibus eum.
ecit potentiam in bꝛachio ſuo: diſperſit ſup-
bos mente coꝛdis ſui.
epoſuit potẽtes de ſede: ⁊ exaltauit humiles

ſuriẽtes ipleuit bõis: ⁊ diuites dimiſit ianes
ſuſcepit iſrael pueꝝ ſuũ: recoꝛdat⁹ mĩe ſue.
icut locut⁹ eſt ad pr̃es noſtros: abꝛahã ⁊ ſemi
eius in ſecula loꝛia. An. Sctã maria ſuccur-
re miſeris iuua puſillaĩmes / refoue flebiles / oꝛa
pꝛo populo interueni pꝛo clero intercede pꝛo de
uoto femineo ſexu. Dñe exaudi oꝛationẽ meã.
Et clamoꝛ meus adte veniat. Oꝛemus.
Oncede nos famulos tuos queſum⁹ do-
mine deus perpetua mẽtis ⁊ coꝛpoꝛis ſa-
lute gaudere ⁊ glorioſa beate marie ſemꝑ virgi
nis interceſſiõe a pſenti liberari triſticia: et eter-
na pfrui leticia. Per xp̃m dñm noſtrũ. Amen.
E cruce deponit hoꝛa veſptina: Foꝛtitu
do latuit in mẽte diuiſa Talẽ moꝛtẽ ſubi
it vite medicina: Heu coꝛona glꝛie iacuit ſupina
℣. Adoꝛamus te xp̃e ⁊ bñdicimus tibi. ℟. Qꝛ p
ſanctã crucẽ tuã redemiſti mundum. Oꝛemus
Omine ieſu xp̃e fili dei viui pone paſſio
nẽ crucẽ ⁊ moꝛtẽ tuã inter iudiciũ tuũ et
animas nr̃as nũc ⁊ in hoꝛa moꝛtis noſtre ⁊ lar-
giri digneris viuis miam ⁊ gr̃am / defunctis re
quiẽ ⁊ veniã / eccleſie tue ſancte pacẽ ⁊ ꝯcoꝛdiã: ⁊
nobis peccatoꝛibus vitã ⁊ gloꝛiã ſempiternam
Qui cũ pr̃e ⁊ ſpũ ſctõ viuis ⁊ regnas deus p oĩa
ſecula ſeculoꝝ. Amẽ Glorioſa paſſio dñi no-
ſtri ieſu chꝛiſti eruat nos a doloꝛe triſti: ⁊ pducat
nos ad gaudia paradiſi. Amen.

[D]E cruce depoſitū hora veſperarū. Mater cū aſpiceret eius natū carū. Oſculās amplectitur pignus celi clarum. Corpus eius madidat ſtillis lachrymar̄. ℣. Te laudamus ⁊ rogam⁹ mater ieſu chriſti. ℞. Ut intendas ⁊ defendas nos a morte triſti. Oremus.

[D]Omine ſancte Jeſu fili dulcis virginis marie qui pro nobis mortē in cruce tolleraſti: fac nobiſcum miſericordiā tuā: ⁊ da nobis ⁊ cunctis compaſſionē tue ſanctiſſime matris deuote recolentibus eius amore vitā in preſenti gratioſam: et tua pietate gloriā in futuro ſempiternā. Jn qua viuis ⁊ regnas deus. Per oīa ſecula ſeculor̄. Amen. Trenoſa cōpaſſio dulciſſime dei matris pducat nos ad gaudia ſummi celi patris. Amen.

Ad completorium.



[C]Onuerte nos de⁹ ſalutaris noſter. Et auerte iram tuā a nobis. [D]eus in adiutorium meū intende. Dñe ad adiuuādum me feſtina. [G]loria patri. Sicut erat. Pſalmus.

[V]Sqꝫquo dñe obliuiſceris me in finem: vſqꝫquo auertis faciem tuam a me. [Q]uadiu ponā conſilia in aīa mea: dolorem in corde meo per diem.

[redacted]ſqꝫquo exaltabit inimicus meus ſup me: re=
ſpice ⁊ exaudi me dñe deus meus. [redacted]
[redacted]llumina ocłos meos ne vnq̄ obdormiā ī mor=
te: neqñ dicat inimic⁹ me⁹ p̄ualui aduerſus eū.
[redacted]ui tribulant me exultabūt ſi mot⁹ fuero: ego
autem in miſericordia tua ſperaui. [redacted]
[redacted]xultauit cor meum in ſalutari tuo: cantabo
dño qui bona tribuit michi: et pſallam nomini
dñi altiſſimi. [redacted]loria. [redacted] Pſalmus.
[redacted]Udica me deus ⁊ diſcerne cauſaꝫ meā de
[redacted]gēte nō ſctā: ab hoīe iniquo ⁊ doloſo erue
[redacted]r tu es de⁹ fortitudo mea quare me re [me
puliſti: ⁊ quare triſtꝭ icedo dū affligit me īimic⁹
[redacted]mitte lucem tuā ⁊ veritatem tuam: ipſa me
deduxerunt ⁊ adduxerunt in montem ſanctuꝫ
tuum: ⁊ in tabernacula tua. [redacted]
[redacted]t introibo ad altare dei: ad deuꝫ qui letificat
iuuentutem meā. [redacted]
[redacted]onfitebor tibi in cythara deus de⁹ me⁹ qua=
re triſtis es aīma mea: ⁊ quare cōturbas me
[redacted]pera in deo qm̄ adhuc cōfitebor illi: ſalutare
vultus mei ⁊ deus meus [redacted]loria. Pſalmus
[redacted]Epe expugnauerūt me a iuuētute mea
[redacted]dicat nunc iſrael. [redacted]
[redacted]epe expugnauerūt me a iuuentute mea: et=
nim non potuerunt michi. [redacted]
[redacted]upra dorſum meū fabricauerūt peccatores:
prolongauerunt iniquitatem ſuam. [redacted]

n̄s iuſtus ↄcidet ceruices pctõꝝ: ↄfundant̄ ⁊
ↄuertant̄ retrorſum oẽs qui oderũt ſyõ.
iãt ſicut fenũ tectoꝝ: qd̃ priuſq̄ euellat̄ exa-
e quo nõ impleuit manũ ſuã q̇ me- [ruit.
tet: ⁊ ſinũ ſuũ qui manipulos colliget.
t nõ dixerũt q̇ p̄teribãt bñdictio dñi ſup vos:
bndiximus vobis in noie dñi oꝛia. ps.
Omine non eſt exaltatum coꝛ meũ: ne-
q̄ elati ſunt oculi mei.
eq̄ ambulaui in magnis: neq̄ in mirabili-
bus ſuper me.
i nõ humilit̄ ſentiebã: ſed exaltaui aĩaꝫ meã.
icut ablactatus eſt ſuper matre ſua: ita retri-
butio in aĩma mea.
peret iſrael in dño: ex hoc nũc ⁊ vſq̄ in ſcl'm.
ria. An. Cũ iocunditate memoꝛiã btẽ marie
celebꝛemus vt ipſa pꝛo nobis intercedat ad do-
minũ ieſum chꝛiſtum. Capitulum.
Icut cynamomũ ⁊ balſamum aromati
zans odoꝛẽ dedi: quaſi myꝛra electa dedi
ſuauitatẽ odoꝛis. Deo gr̃as. Hymnus.
Irgo ſingularis inter omes mitis: nos
culpis ſolutos: mites fac ⁊ caſtos.
itam pꝛeſta puram iter para tutũ: vt viden-
tes ieſum ſemper colletemur.
it laus deo patri ſummo xp̄o decus: ſpũi ſcto
trinus honoꝛ vnus. Amen. ℣. Elegit eã deus ⁊
p̄elegit eã. ℟. Et habitare facit eã in tabernacu-

lo ſuo. An. Gloꝛificam⁹ te. Canticũ ſymeonis
Unc dimittis ſeruum tuum dñe: ſecun
dum verbum tuum in pace.
uia viderũt oculi mei: ſalutare tuũ.
uod paraſti: ante faciẽ omniũ populoꝝ
umen ad reuelationẽ gentiũ: ⁊ gloꝛiã plebis
tue iſrael. loꝛia. An. Gloꝛificamus te dei ge-
nitrix quia ex te natus eſt xp̄us / ſalua oẽs qui te
gloꝛificant. Dñe exaudi oꝛationẽ meam. Et cla
moꝛ meus ad te veniat. Oꝛemus.
Ratiã tuã q̄s dñe mẽtibus noſtrꝫ infun-
de: vt q̄ angelo nũciãte xp̄i filii tui incar-
nationẽ cognouim⁹: per paſſionẽ eius et crucez
ad reſurrectiõis gloꝛiã ꝑducamur. Per xp̄m
Oꝛa cõpletoꝛii datur ſepulture. Coꝛpus
xp̄i nobile ſpes vite future. Conditꝰ aro-
mate ꝯplenꝰ ſcripture. Jugi ſit memoꝛia moꝛs
hec michi cur [illegible] has hoꝛas canonicas cũ deuo-
tione. Tibi chꝛiſte recolo pia ratiõe. Ut ſicut tu
paſſus es penas in agone. Sic labori conſonãs
ꝯſoꝛs ſim coꝛone. ℣. Adoramus te xp̄e ⁊ benedi
cimus tibi. ℟. Quia per ſanctã crucẽ tuam re-
demiſti mundum. Oꝛemus
Omine ieſu xp̄e fili dei viui pone paſſio-
nem crucẽ et moꝛtem tuam inter iudici-
um tuum ⁊ animas noſtras nunc ⁊ in hoꝛa moꝛtis
noſtre ⁊ largiri digneris viuis miſericoꝛdiam ⁊
gratiam / defunctis requiem ⁊ veniam eccleſie

tue ſancte pacem ⁊ concordiã: ⁊ nobis peccatori
bus vitam ⁊ gloriam ſempiternam. Qui cum
patre ⁊ ſpiritu ſancto viuis ⁊ regnas deus. Per
om̃ia ſecula ſeculoꝝ. Amen. [redacted] Glorioſa paſſio
dñi noſtri ieſu chriſti eruat nos a dolore triſti/ et
perducat nos ad gaudia paradiſi. Amen. [redacted]
[redacted] Ora cõpletorii mater properat: Ut luge
ret filiũ vbi tumulat: Nec vult hinc rece
dere ſed ibi morat: Uſqȝ dũ ad filiũ tandem ex-
altatur. [redacted] rgo mater miſeris miſerere mitis:
Pro quibus cõpateris preſſo botro vitis: Nos
a peſte funeris ſalua fuga ditis: Et nos iũge ce-
teris vita redemitis. ℣. Te laudamus ⁊ roga-
mus mater ieſu chriſti. ℞. Ut intendas ⁊ defen
das nos a morte triſti. [redacted] Oremus.
[redacted] Omine ſctẽ ieſu fili dulcis v̾ginis marie
qui pro nobis mortez in cruce tolleraſti:
fac nobiſcũ miam tuã: ⁊ da nobis ⁊ cũctis com-
paſſionẽ tue ſanctiſſime matris deuote recolen
tibus eius amore vitam in preſenti gratioſam:
⁊ tua pietate gloriã in futuro ſẽpiternã. In qua
viuis ⁊ regnas de⁹. Per o. [redacted] Trenoſa cõpaſſio
dulciſſime dei matris pducat nos ad gaudia ſũ-
mi celi patris. Amen. [redacted]
[redacted] Alue regina miſe vita dulcedo ⁊ ſpes no-
ſtra ſalue. Ad te clamam⁹ exules filii eue
Ad te ſuſpiramus gemẽtes ⁊ flentes in hac la-
chrymarum valle. Eya ergo aduocata noſtra

illos tuos miſericordes oculos ad nos conuerte
Et ieſuz benedictū fructū vētris tui nobis poſt
hoc exiliū oſtende. O clemens. O pia. O dulcis
maria. ℣. Virgo mater eccleſie eterna porta glo
rie eſto nobis refugiū apud patrē ⁊ filiū. O cle-
mens. ℣. Virgo clemens virgo pia virgo dulcꝭ
o maria exaudi preces oīm ad te pie clamantiū
O pia. ℣. Funde preces tuo nato crucifixo vul-
nerato ⁊ pro nobis flagellato ſpinis pūcto felle
potato. O dulcis. ℣. Gl'oſa dei mater cuiꝰ natꝰ
extat pater ora ꝓ nobis oībus qui tuā memori-
am agimus. O maria. ℣. Dele culpas miſeroꝝ
terge ſordes pctōꝝ / dona nobis btōꝝ vitā tuis
precibus. O mitis. ℣. Vt nos ſaluet a peccatꝭ ꝑ
amore ſue matris ⁊ ad regnū claritatis nos du-
cat rex pietatis. O clemens. O pia. O dulcis O
mitis maria ſalue. ℣. Aue maria grā plena dñs
tecum. ℟. Benedicta tu in mulieribꝰ ⁊ bñdictꝰ
fructus ventris tui. Oremus.

mnipotēs ſempiterne deus qui glorioſe
virginis ⁊ matris marie corpus ⁊ aīā
vt dignū filii tui habitaculū effici mereret ſpū
ſancto cooperante mirabiliter preparaſti: da vt
cuius cōmemoratiōe letamur eiꝰ pia interceſſi-
one ab inſtātibus malis: ⁊ a morte ꝑpetua libe-
remur. Per eundē xp̄m dñm noſtꝝ. Amen.

Aude virgo mater chriſti que per aurez
concepiſti gabrielis nuncio.

Gaude q̄ꝛ deo plena peperiſti ſine pena cū pudo-
Gaude quia tui nati quē videbas [ris lilio.
moꝛtē pati fulget reſurrectio.
Gaude chꝛiſto aſcendente ⁊ in celum te viden-
te motu fertur pꝛopꝛio.
Gaude q̄ꝛ poſt ipm̄ ſcādis ⁊ eſt honoꝛ tibi gran
dis in celi palatio.
Ubi fructus ventris tui per te det nobis frui in
ꝑhēni gaudio. ℣. Bn̄dicta es a filio tuo dn̄a. ℟.
Q꞉ p te fructū vite cōicauimus. Oꝛemus
Deus q̄ beatiſſimā virginē mariā in con
ceptu ⁊ partu virginitate ſeruata dupli-
ci gaudio letificaſti q̄ꝫ eius gaudia filio tuo re-
ſurgēte ⁊ ad celos aſcēdente multiplicaſti: p̄ſta
q̄s vt ad illud ineffabile gaudiū quo aſſumpta
tecū gaudet in celo ei⁹ meritis ⁊ interceſſiōe va-
leamus ꝑuenire. Qui viuis ⁊ reg. ⁊c.
Gaude floꝛe v̄ginali honoꝛe q̄ꝫ ſpeciali trā
ſcendens ſplendiferꝝ. Angeloꝝ pꝛincipa-
tum ⁊ ſanctoꝝ decoꝛatum dignitate munerꝝ
Gaude ſponſa cara dei nā vt clara lux diei ſolis
datur lumine. Sic tu facis oꝛbeꝫ vere tue pacis
reſplendere lucis plenitudine.
Gaude ſplendēs vas virtutū cuius pēdens eſt
ad nutū tota celi curia. Te benignā et felicē ieſu
dignā genitricem venerat in gloꝛia.
Gaude nexu charitatis ⁊ amplexu dignitatis
iuncta ſic altiſſimo. Ut ad votū cōſequaris quic-
E

quid virgo poſtularis a ieſu dulciſſimo.
Gaude mater miſeroꝝ quia pater ſeculoꝝ da-
bit te colentibus. Congruentē hic mercedem ⁊
felicem poli ſedē regnis in celeſtibus.
Gaude virgo mater chriſti tu que ſola merui-
ſti o virgo piiſſima. Eſſe tante dignitatis vt ſis
ſancte trinitatis ſeſſione proxima.
Gaude virgo mater pura certa manēs ⁊ ſecu-
ra qꝛ hec ſeptē gaudia Nō ceſſabūt nec decreſcēt
ſed durabūt ⁊ floreſcent per eterna ſecula. An.
O ſponſa ſancta ⁊ humilis virgo pulcherrima
maria mater dei virgo electa eſto michi via re-
cta ad eterna gaudia vbi pax eſt et gloria et me
ſemꝑ aure pia dulcis exaudi maria. ℣. Exaltata
es ſancta dei genitrix. ℟. Suꝑ choros angeloꝝ
ad celeſtia regna. Oremus.
Dulciſſime dn̄e ieſu chriſte fili dei viui q
beatiſſimā glorioſiſſimā humilem be-
nignam ⁊ pulcherrimā virginem mariam ma
trem tuam piiſſimā perpetuis ⁊ felicibus gau-
diis tecum in celo coronatam letificaſti: cōcede
propitius vt eius meritis glorioſis ⁊ precibꝰ cō-
tinuis ſalutem ⁊ proſperitatem mentis ⁊ corpo
ris cum gaudio alacritate ⁊ abundātia omnium
bonorū ſpiritualium ⁊ corporalium conſequa-
mur in hoc ſeculo pie iuſte benigne viuamus ⁊
poſt tranſitū huius ſeculi ad gaudia eterna feli
citer ꝑuenire valeamꝰ. Qui viuis ⁊ regnas re-

us Per om̄ia ſecula ſeculoꝝ Amen. ps.

E pꝛofundis clamaui ad te domine: do-
mine exaudi vocem meam.
iat aures tue intēdētes: in vocē depꝛecatiōis
i iniquitates obſeruaueris domine [mee.
domine quis ſuſtinebit.
ꝛ apud te ꝓpitiatio eſt: ⁊ ꝓpter legē tuā ſuſti-
uſtinuit aīa mea in verbo ei[illegible] nui te dn̄e.
ſperauit anima mea in domino.
cuſtodia matutina vſqꝫ ad noctem: ſperet iſ-
rael in domino.
ꝛ apd dn̄m mīa: ⁊ copioſa apud eū redēptio.
chi: nec dimittis me vt glutiã ſaliuã meã? Pec-
caui. Quid faciã tibi o cuſtos hoim. Quare po
ſuiſti me ꝯtrariũ tibi: ⁊ factus ſũ michimetipſi
grauis? Cur nõ tollis pctm̃ meũ ⁊ quare nõ au-
fers iniq̃tatẽ meã? Ecce nũc in puluere doꝛmio
⁊ ſi mane me queſieris nõ ſubſiſtã. ℟. Credo q̃
redẽptoꝛ me⁹ viuit ⁊ in nouiſſimo die de terra
ſurrecturus ſũ. Et in carne mea videbo deũ ſal
uatoꝛẽ meũ. ℣. Quẽ viſurus ſũ egoipſe ⁊ nõ ali
us ⁊ oculi mei cõſpecturi ſunt. Et in carne mea
videbo deũ ſaluatoꝛẽ meũ. Lectio ſecunda

Edet animã meã vite mee: dimittã ad-
uerſũ me eloquiũ meũ. Loquar in ama
ritudine aĩe mee: dicã deo noli me ꝯdẽnare. In-
dica michi cur me ita iudices? Nũquid bonum

tibi videtur ſi calūnieris et opprimas me opus manuū tuarꝝ ⁊ cōſiliū impiorꝝ adiuues: Nūq̄d oculi carnei tibi ſunt: aut ſicut videt homo ⁊ tu vides: Nunq̄d ſicut dies hoīs dies tui: ⁊ āni tui ſicut humana ſunt tempa: Ut queras iniq̄tatē meā ⁊ peccatū meū ſcruteris. Et ſcias qꝛ nichil impiū fecerim cū ſit memo q̄ de manu tua poſſit eruere. R. Qui lazarꝝ reſuſcitaſti a monumēto fetidū. Tu eis dn̄e dona requiē ⁊ locū indulgentie. V. Qui venturꝰ es iudicare viuos ⁊ mortuos ⁊ ſeculum p̄ ignē. Tu eis dn̄e dona requiē ⁊ locū indulgētie. Lec. iii.

Anus tue dn̄e fecerūt me et plaſmauerūt me totū in circuitu: ⁊ ſic repēte precipitas me. Memēto queſo q̄ ſicut lutū feceris me ⁊ in puluerē reduces me. Nōne ſicut lac mulſiſti me: ⁊ ſicut caſeū me coagulaſti: Pelle ⁊ carnibꝰ veſtiſti me: oſſibus ⁊ neruis cōpegiſti me. Uitā ⁊ miam tribuiſti michi ⁊ viſitatio tua cuſtodiuit ſpm̄ meum. R. Dn̄e qn̄ veneris iudicare terrā vbi me abſcondā a vultu ire tue. Qꝛ peccaui nimis ī vita mea V. Cōmiſſa mea paueſco ⁊ ante te erubeſco dū veneris iudicare noli me cōdēpnare. Qꝛ peccaui nimis in vita mea. An. In loco. Pſalmus.

ominus regit me et nichil michi deerit in loco paſcue ibi me collocauit. up aquā refectiōis educauit me: animā meā cōuertit. eduxit me ſuper ſemitas iuſti-

cie: pꝛopter nomen ſuum.
Nam ⁊ ſi ambulauero in medio vmbꝛe moꝛtꝭ:
non timebo mala qm̄ tu mecū es.
Virga tua ⁊ baculus tuus: ip̄a me ꝯſolata ſunt
Paraſti in conſpectu meo menſam: aduerſus
eos qui tribulant me.
Impinguaſti in oleo caput meū: ⁊ calix meus
inebꝛians ꝗ̄ pꝛeclarus eſt.
Et mīa tua ſubſequet me: oīb⁹ dieb⁹ vite mee.
Et vt inhabitē in domo dn̄i: ī lōgitudinē dieꝝ
Requiē eternā. An. In loco paſcue ibi me col-
locauit. An. Delicta Pſalmus.
Ad te dn̄e leuaui aīam meā: deus meus
in te confido non erubeſcam.
Neq̃ irrideant me inimici mei: etenim vniuer
ſi qui ſuſtinent te non confundentur.
Confundant om̄s iniqua agētes ſup̄uacue.
Vias tuas dn̄e demonſtra michi: ⁊ ſemitas tu-
as edoce me.
Dirige me in veritate tua ⁊ doce me quia tu es
deus ſaluatoꝛ meus: ⁊ te ſuſtinui tota die.
Reminiſcere miſerationū tuaꝝ dn̄e: et miſeri-
coꝛdiarum tuarū que a ſeculo ſunt.
Delicta iuuētutꝭ mee ⁊ ignoꝛātias meas ne me
Secundū miſericoꝛdiā tuā memē [mineris.
to mei tu: pꝛopter bonitatē tuā dn̄e.
Dulcis et rectus dn̄s: pꝛopter hoc legem dabit
delinquentibus in via.

iriget mãſuetos in iudicio: docebit mites vi-
niuerſe vie dñi mia ꝛ veritas: re- [as ſuas.
quirentibus teſtamentũ eius ꝛ teſtimonia eius
ropter nomẽ tuũ dñe propitiaberis peccato
meo: multum eſt enim.
uis eſt homo qui timet dñm: legem ſtatuit
ei in via quam elegit.
nima eius in bonis demorabitur: et ſemen
eius hereditabit terram.
irmamentũ eſt dñs timentibus eũ: et teſta-
mentũ ipſius vt manifeſtetur illis.
culi mei ſemper ad dominum: quoniam ipſe
euellet de laqueo pedes meos.
eſpice i me ꝛ miſerere mei: qꝛ vnicꝰ ꝛ pauꝑ ſũ
ribulatiões cordis mei multiplicate [ego
ſunt: de neceſſitatibus meis erue me.
ide humilitatem meam ꝛ laborem meum ꝛ
dimitte vniuerſa delicta mea.
eſpice inimicos meos qm̃ multiplicati ſunt:
ꝛ odio iniquo oderunt me.
uſtodi animã meã ꝛ erue me: non erubeſcaꝫ
quoniam ſperaui in te.
nnocẽtes ꝛ recti adheſerũt mihi: qꝛ ſuſtinui te
ibera deus iſrael: ex oĩbus tribulatiõibꝰ ſuis
equiẽ. an. Delicta iuuẽtutꝫ mee ꝛ ignorãtias
meas ne meminerꝫ dñe. An. Credo videre. ps.
ominus illuminatio mea: ꝛ ſalus mea
quem timebo.

ñs pꝛotectoꝛ vite mee:a quo trepidabo.
ũ appꝛopiāt ſup me nocẽtes: vt edāt carnes
ui tribulant me inimici mei:ipſi [meas.
infirmati ſunt ⁊ ceciderunt.
i ꝯſiſtāt aduerſũ me caſtra:nõ tĩebit coꝛ meũ
i exurgat aduerſũ me p̄liũ:ĩ hoc ego ſpabo.
nam petii a dño hanc requirã: vt inhabitem
in domo dñi oĩbus diebus vite mee.
t videã voluntatẽ dñi: ⁊ viſitẽ templũ eius
m̃ abſcõdit me in tabernaculo ſuo:in die ma
loꝝ pꝛotexit me in abſcondito tabernaculi ſui.
n petra exaltauit me: ⁊ nunc exaltauit caput
meũ ſuper inimicos meos.
ircuiui ⁊ immolaui in tabernaculo eiꝰ: hoſti
am vociferatiõis cãtabo ⁊ pſalmũ dicã dño.
xaudi dñe vocem meam qua clamaui ad te
miſerere mei ⁊ exaudi me.
ibi dixit coꝛ meum exquiſiuit te facies mea:
faciẽ tuã domine requirã.
õ auertas faciẽ tuã a me: ne declines in ira a
diutoꝛ meus eſto ne derelin= [ſeruo tuo.
quas me:neq; deſpicias me deus ſalutaris meꝰ
m̃ pater meus et mater mea dereliquerunt
me:dñs autẽ aſſumpſit me.
egẽ pone michi dñe ĩ via tua ⁊ dirige me in
ſemita recta:pꝛopter inimicos meos.
e tradiderꝭ me in aĩas tribulantiũ me qm̃ in
ſurrexerũt ĩ me teſtes iniq;: ⁊ mẽtita ẽ ĩiq̃tas ſibi

Credo videre bona dñi: in terra viuentiũ.
Expecta dominũ viriliter age: confortetur cor
tuum ⁊ ſuſtine dominũ.
Requiē. An. Credo videre bona dñi in terra vi
uentiũ. ℣. In memoria eterna erit iuſt⁹. ℟. Ab
auditiōe mala nō timebit. Pr̄ noſter. Lec. iiii.
Quantas habeo iniq̇tates ⁊ peccata ſcele
ra mea atq̃ delicta oſtēde michi. Cur fa
ciem tuā abſcōdis ⁊ arbitrar̄ me inimicũ tuũ:
Cōtra foliũ quod vento rapit̄ oſtēdis potentiā
tuā: ⁊ ſtipulam ſiccā pſequeris. Scribis eni cō=
tra me amaritudines: ⁊ ↄſumere me vis peccat̄
adoleſcentie mee. Poſuiſti in neruo pedē meũ ⁊
obſeruaſti oēs ſemitas meas: ⁊ veſtigia pedũ
meoꝝ ↄſideraſti. Qui quaſi putredo cōſumen=
dus ſum: ⁊ quaſi veſtimētũ qđ comedit̄ a tinea.
℟. Heu michi dñe q2 peccaui nimis in vita mea
qđ faciā miſer vbi fugiā niſi ad te de⁹ me⁹ miſe=
rere mei. Dum veneris in nouiſſimo die. ℣. Aīa
mea turbata eſt valde ſed tu dñe ſuccurre ei Dũ
veneris in nouiſſimo die. ℟ Lectio quinta.
Homo natus de muliere breui viuens tē=
pore repletur mult̄ miſeriis. Qui quaſi
flos egredit̄ ⁊ ↄterit̄ ⁊ fugit velut vmbra: ⁊ nun
q̄ in eodē ſtatu pmanet. Et dignũ ducis ſup hu
iuſcemodi apire oculos tuos ⁊ adducere eũ tecũ
in iudiciũ. Quis poteſt facere mundũ de imun
do conceptũ ſemine: nōne tu q̇ ſolus es: Breues

dies hoīs sūt: numerus mensiū eius apud te est
Cōstituisti terminos eius: qui p̄teriri non pote
runt. Recede ergo paululum ab eo vt q̇escat do
nec optata veniat: ⁊ ſicut mercēnarii dies eius.
℞. Ne recoꝛderis peccata mea dn̄e. Dū veneris
iudicare seculū per ignē. ℣. Dirige dn̄e deus me
us in cōspectu tuo viam meā. Dū veneris iu
care seculum per ignem. Lectio. vi.

Q Uis michi hoc tribuat vt in inferno p̄te
gas me ⁊ abscōdas me donec ꝑtranseat
furoꝛ tuus: ⁊ cōstituas michi tempus in quo re
coꝛderis mei? Putasne moꝛtuus homo rursuꝫ
viuat? Cūctis diebus q̄bus nūc milito: expecto
donec veniat īmutatio mea. Uocabis me ⁊ ego
respondebo tibi. Operi manuū tuarū poꝛriges
dexterā. Tu quidem gressus meos dinumera-
sti: sed parce peccatis meis. ℞. Dn̄e scd̄m actuꝫ
meū noli me iudicare nichil dignū in conspectu
tuo egi. Ideo dep̄coꝛ maiestatē tuā vt tu deꝰ de-
leas iniq̄tatē meā. ℣. Amplius laua me dn̄e ab
iniusticia mea ⁊ a delicto meo mūda me qꝛ tibi
soli peccaui. Ideo. An. Complaceat. Psalmus.

E Xpectās expectaui dn̄m: ⁊ intēdit michi.
Et exaudiuit pꝛeces meas: ⁊ eduxit me
de lacu miserie ⁊ de luto fecis.
t statuit supꝛa petram pedes meos: et direx-
it gressus meos.
t immisit in os meum canticum nouuꝫ: can-

men deo noſtro.
Videbūt multi ⁊ timebūt: ⁊ ſperabūt in dño.
Beatus vir cuius eſt nomen dñi ſpes eius: ⁊ nō
reſpexit in vanitates ⁊ inſanias falſas.
Multa feciſti tu dñe deꝰ meꝰ mirabilia tua: ⁊ co
gitationibus tuis nō eſt qui ſimilis ſit tibi.
Annūciaui ⁊ locutꝰ ſū: multiplicati ſūt ſuꝑ nu
Sacrificiū ⁊ oblationem noluiſti: au [meꝝ.
res autem perfeciſti michi.
Holocauſtum ⁊ pꝛo peccato non poſtulaſti: tūc
dixi ecce venio.
In capite libꝛi ſcriptum eſt de me vt facerē vo
luntatem tuam: deus meus volui et legem tuā
in medio coꝛdis mei.
Annunciaui iuſticiā tuā in eccleſia magna: ec=
ce labia mea non pꝛohibebo dñe tu ſciſti.
Iuſticiam tuam non abſcondi in coꝛde meo:
veritatē tuā ⁊ ſalutare tuū dixi
Non abſcondi miſericoꝛdiā tuam ⁊ veritatem
tuam: a conſilio multo.
Tu aūt dñe ne lōge facias miſeratiōes tuas a
me: mīa tua ⁊ veritas tua ſemꝑ ſuſceperūt me.
Quoniā circūdederūt me mala quoꝝ nō eſt nume
rus: ꝯp̄henderūt me iniq̄tates mee ⁊ non potui
Multiplicate ſūt ſuꝑ capillos ca= [vt viderē.
pitis mei: ⁊ coꝛ meū dereliquit me.
Complaceat tibi dñe vt eruas me: domine ad
adiuuandum me reſpice.

onfundant ⁊ reuereant ſimul: qui querunt
animã meã vt auferant eam.
uertant retroꝛſum ⁊ reuereant: q̇ volũt mi
erant confeſtim cõfuſionẽ ſuã: [chi mala
qui dicunt michi euge euge.
xultẽt ⁊ letent ſup te oĩs querentes te: ⁊ di
cat ſemp magnificet dñs q̇ diligũt ſalutare tuũ
go aũt mẽdic⁹ ſũ ⁊ paup: dñs ſollicit⁹ eſt mei
diutoꝛ meus ⁊ pꝛotectoꝛ meus tu es: de⁹ me-
us ne tardaueris.
equiẽ. An. Cõplaceat tibi dñe vt eruas me
dñe ad adiuuandũ me reſpice. An. Sana. ps.
Eatus qui intelligit ſup egenũ ⁊ paupe-
rem: in die mala liberabit eũ dñs.
ñs ꝯſeruet eũ ⁊ viuificet eũ ⁊ beatũ faciat eũ
in terra: ⁊ nõ tradat eũ in aĩam inimicoꝝ eius.
ñs opẽ ferat illi ſup lectũ doloꝛis ei⁹: vniuer-
ſum ſtratũ eius: verſaſti in infirmitate eius
go dixi domine miſerere mei: ſana animam
meam quia peccaui tibi.
nimici mei dixerunt mala michi: quãdo mo
rietur ⁊ peribit nomen eius.
t ſi ingrediebatur vt videret vana loquebat
coꝛ eius: cõgregabit iniquitatem ſibi.
grediebat foꝛas: ⁊ loquebat in idipm.
duerſuʒ me ſuſurrabant oĩs inimici mei:
aduerſum me cogitabant mala michi.
erbũ iniquũ ꝯſtituerunt aduerſum me: nun

quid qui dormit non adiiciet vt reſurgat.
tenī homo pacis mee in quo ſpaui: q̄ edebat
paēs meos magīficauit ſup me ſupplātationē.
u autē domine miſerere mei: ⁊ reſuſcita me
⁊ retribuam eis.
n hoc cognoui qm̄ voluiſti me: qm̄ nō gaudebit inimicus meus ſuper me.
e autē propter innocentiā ſuſcepiſti: ⁊ confirmaſti me in conſpectu tuo in eternum.
ndict⁹ dn̄s de⁹ iſrael: a ſc̄lo ⁊ in ſc̄lm fiat fiat.
equiem. An. Sana dn̄e aiam meā quia peccaui tibi. An. Sitiuit. Pſalmus.
uemadmodū deſiderat ceru⁹ ad fōtes aquarū: ita deſiderat aīa mea ad te deus.
itiuit aīma mea ad deum fontē viuū: quando veniam ⁊ apparebo ante faciē dei.
uerūt michi lachryme mee panes die ac nocte: dū dicit̄ michi quotidie vbi eſt deus tuus.
ec recordatus ſum ⁊ effudi in me animā meam: qm̄ tranſibo in locum tabernaculi admirabilis vſq; ad domū dei.
n voce exultatiōis ⁊ confeſſiōis: ſon⁹ epulātis.
uare triſtis es aīa mea: ⁊ quare conturbas me
pera in deo qm̄ adhuc cōfitebor illi: ſalutare vultus mei ⁊ deus meus.
d meipſ aīa mea cōturbata ē: ppterea memor ero tui de t̄ra iordanis: ⁊ hermonii a monte mo
byſſus abyſſum inuocat: in voce dico.

catharactarum tuarum.
mnia excelſa tua ⁊ fluct⁹ tui: ſup me trãſierũt.
n die mãdauit dñs miam ſuã: ⁊ nocte cãticũ
pud me oꝛatio deo vite mee: dicam [eius
deo ſuſceptoꝛ meus es.
uare oblitus es mei ⁊ quare contriſtatus in-
cedo: dum affligit me inimicus.
um confringunt oſſa mea exꝓbꝛauerunt
michi: qui tribulant me inimici mei.
ũ dicũt michi ꝑ ſingulos dies vbi eſt de⁹ tu⁹
uare triſtis es aĩa mea: ⁊ quare ꝯturbas me.
pera in deo qm̃ adhuc cõfiteboꝛ illi: ſalutare
vultus mei ⁊ deus meus.
equiẽ eter. An. Sitiuit aĩa mea ad deũ fon-
tem viuũ qñ veniã ⁊ apparebo ante faciem dñi
v⁹. Requiẽ eternã dona eis dñe. ℟. Et lux ꝑpe-
tua luceat eis. Pater noſter. Lectio. vii.
piritus me⁹ attenuabit dies mei bꝛeui-
abunt: ⁊ ſolũ michi ſupeſt ſepulchꝛ. Nõ
peccaui ⁊ in amaritudinib⁹ moꝛat oculus me⁹.
Libera me dñe et pone me iuxta te: et cuiuſuis
manus pugnet ꝯtra me. Dies mei trãſierũt: co-
gitatiões mee diſſipate ſũt toꝛquentes coꝛ meũ
Noctẽ verterũt in diẽ: ⁊ rurſũ poſt tenebꝛas ſpe
ro lucẽ. Si ſuſtinuero infernus dom⁹ mea eſt: ⁊
in tenebꝛis ſtraui lectulũ meũ. Putredini dixi
Pater me⁹ es mater mea ⁊ ſoꝛoꝛ mea vermib⁹.
Ubi eſt ergo nũc ꝓſtolatio mea ⁊ patientia mea

Tu es dñe deꝰ meus. ℞. Peccãte me quotidie ⁊
nõ penitẽte timoꝛ moꝛtis cõturbat me. Qꝛ in i-
ferno nulla eſt redẽptio miſerere mei deus ⁊ ſal
ua me. ℣. Deꝰ in noĩe tuo ſaluũ me fac ⁊ in ꝩtu-
te tua libera me. Qꝛ in inferno nulla ẽ redẽptio
miſerere mei deꝰ ⁊ ſalua me. Lectio. viii.

Pelli mee conſũptis carnibus adheſit os
meũ: ⁊ derelicta ſunt tm̃modo circa den-
tes meos. Miſeremini mei miſeremini mei ſal
tẽ vos amici mei qꝛ manꝰ dñi tetigit me. Qua-
re pſeq̃mini me ſicut deꝰ ⁊ carnibꝰ meis ſatura-
mini. Quis michi tribuat vt ſcribant ſermões
mei: Quis michi det vt exarentur in libro ſtilo
ferreo aut plumbi lamina: vel celte ſculpantur
in ſilice: Scio enim q redemptoꝛ meus viuit ⁊
in nouiſſimo die de terra ſurrecturꝰ ſum: ⁊ rur-
ſum circundaboꝛ pelle mea: ⁊ in carne mea vide
bo deũ ſaluatoꝛem meum. Quem viſurus ſuꝫ
ego ipſe: ⁊ oculi mei conſpecturi ſunt ⁊ non aliꝰ.
Repoſita eſt hec ſpes mea in ſinu meo. ℞. Req̃-
em eternam dona eis dñe. Et lux perpetua luce
at eis. ℣. Qui lazarum reſuſcitaſti a monumẽ-
to fetidum tu eis dñe dona requiem. Et lux per
petua luceat eis. Lectio nona.

Quare de vulua eduxiſti me: qui vtinam
cõſumptus eſſem ne oculus me videret
fuiſſem quaſi non eſſem de vtero trãſlatus ad
tumulum. Nunquid nõ paucitas dieꝝ meoꝝ

finiet breui. Dimitte ergo me dñe vt plagã pau
lulum dolorẽ meũ anteꝙ vadã ⁊ nõ reuertar ad
terrã tenebroſam ⁊ opertã mortꝫ caligine. Ter-
ram miſerie ⁊ tenebraꝝ vbi vmbra mortꝫ ⁊ nul
lus ordo: ſed ſempiternus horror inhabitãs. ℟.
Libera me dñe de morte eterna in die illa tremẽ
da. Qñ celi mouendi ſunt ⁊ terra. Dũ veneris
iudicare ſeculũ per ignẽ. ℣. Dies illa dies ire ca-
lamitatis ⁊ miſerie dies magna ⁊ amara valde.
Qñ celi mouẽdi ſunt ⁊ terra. ℣. Quid ergo mi-
ſerrimus quid dicã vel quid faciã dũ nil boni ꝑ-
feram ante tantũ iudicẽ. Dũ venerꝭ iudicare ſe
culum per ignẽ. ℣. Nũc xp̃e te petim⁹ miſerere
q̃ſumus qui veniſti redimere ꝑditos noli dãna-
re redẽptos. Libera me dñe de morte eter. ⁊c. ℟.
Libera me dñe de penis ĩferni. Qui portas ere-
as confregiſti ⁊ viſitaſti infernũ ⁊ dediſti eis lu-
men vt viderẽt te qui erant in penis tenebrarũ
℣. Clamantes ⁊ dicentes aduenisti redemptor
noſter. Qui portas ereas ꝯfregiſti ⁊ viſitaſti in
fernũ et dediſti eis lumen vt viderẽt te q̇ erãt in
penis tenebrarum. ℣⁹. Requieſcant in pace. ℟.
Amen. An Exultabunt. [redacted] Pſalmus.

Miſerere mei de⁹: ſcdꝫ magnã miam tuã
[redacted]t ſecundũ multitudinẽ miſerationũ
tuarum: dele iniquitatem meam. [redacted]
[redacted]mplius laua me ab iniquitate mea: ⁊ a pec-
cato meo munda me. [redacted]

Quoniã iniquitatẽ meã ego cognoſco: ⁊ pecca
tum meum contra me eſt ſemper.
Tibi ſoli peccaui ⁊ malũ corã te feci: vt iuſtifi-
ceris in ſermonibus tuis ⁊ vincas cũ iudicaris.
Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum: ⁊
in peccatis concepit me mater mea.
Ecce enim veritatem dilexiſti: incerta ⁊ occul-
ta ſapientie tue manifeſtaſti michi.
Aſperges me dñe hyſopo ⁊ mũdabor: lauabis
me ⁊ ſuper niuẽ dealbabor.
Auditui meo dabis gaudium ⁊ leticiam: ⁊ ex-
ultabunt oſſa humiliata.
Auerte faciem tuam a peccatis meis: et omñes
iniquitates meas dele.
Cor mundum crea in me deus: ⁊ ſpiritũ rectũ
innoua in viſceribus meis.
Ne proiicias me a facie tua: et ſpiritũ ſanctum
tuum ne auferas a me.
Redde michi leticiam ſalutaris tui: et ſpiritu
principali confirma me.
Docebo ĩiquos vias tuas: ⁊ ĩpii ad te ꝯuertent.
Libera me de ſanguinibus deus deus ſalutis
mee: ⁊ exultabit lingua mea iuſticiã tuã.
Dñe labia mea apies: ⁊ os meũ annũciabit lau
Qm̃ ſi voluiſſes ſacrificiũ dediſ- dẽ tuã.
ſem: vtiqȝ olocauſtis non delectaberis.
Sacrificiũ deo ſpiritus contribulatus: cor con-
tritum ⁊ humiliatũ deus non deſpicies.

L

Benigne fac dñe in bona volũtate tua ſyon: vt
edificentur muri hieruſalem.
Tũc acceptabis ſacrificiũ iuſticie oblationes ꝛ
olocauſta: tũc imponẽt ſup altare tuũ vitulos
Requiẽ eternã dona eis dñe: ꝛ lux ꝑpetua luce-
at eis. An. Exultabũt dño oſſa hũiliata. an. Ex
Te decet hymnꝰ deꝰ in ſyon [audi. ps.
ꝛ tibi reddet votũ in hieruſalem.
Exaudi deꝰ orationẽ meã: ad te oĩs caro veniet
Verba iniquoꝝ preualuerunt ſup nos: ꝛ impi-
etatibus noſtris tu propitiaberis.
Beatꝰ quẽ elegiſti ꝛ aſſumpſiſti: inhabitabit in
Replebimur in bonis domꝰ tue [atriis tuis.
ſanctũ eſt templũ tuũ mirabile in equitate.
Exaudi nos deus ſalutaris noſter: ſpes omniũ
finium terre et in mari longe.
Preparans mõtes in virtute tua accinctꝰ pote-
tia: q̃ cõturbas profũdũ maris ſonũ fluctuũ eiꝰ.
Turbabũt gẽtes ꝛ timebũt q̃ habitãt terminos
a ſignis tuis exitꝰ matutini ꝛ veſpere delectabis
Viſitaſti terram ꝛ inebriaſti eam: multiplica-
ſti locupletare eam.
Flumen dei repletum eſt aquis: paraſti cibũ
illorum quoniam ita eſt preparatio eius.
Riuos eius inebrians multiplica genimina e-
ius: in ſtillicidiis eiꝰ letabitur germinans.
Benedices corone ãni benignitatis tue: ꝛ cam-
pi tui replebuntur vbertate.

Pingueſcent ſpecioſa deſerti: ⁊ exultatione colles accingentur.

Induti ſunt arietes ouiū: ⁊ valles abundabūt frumēto clamabunt etenim hymnū dicent.

Requiem An. Exaudi dñe oꝛationē meā ad te omnis caro veniet. An. Me ſuſcepit. Pſalmus

Deus deus meus: ad te de luce vigilo.

Sitiuit in te anima mea: quam multipliciter tibi caro mea.

In terra deſerta inuia ⁊ inaquoſa ſic in ſancto apparui tibi: vt viderē virtutē tuā ⁊ gloꝛiā tuā.

Qm̄ melioꝛ ē mīa tua ſup vitas labia mea laudabūt te.

Sic bñdicā te in vita mea: ⁊ i noīe tuo leuabo manus meas.

Sicut adipe ⁊ pinguedine repleatur aīa mea: ⁊ labiis exultatiōis laudabit os meum.

Si memoꝛ fui tui ſup ſtratū meū: in matutinis meditaboꝛ i te qꝛ fuiſti adiutoꝛ meus.

Et in velamēto alarū tuarū exultabo adheſit aīa mea poſt te: me ſuſcepit dextera tua.

Ipſi vero iuanū q̄ſierūt aīam meā: itroibūt in inferioꝛa terre: tradent in manus gladii partes vulpium erunt.

Rex vero letabitur in deo laudabūtur oēs qui iurāt i eo: qꝛ obſtructū eſt os loquentiū iniqua.

Deus miſereat noſtri ⁊ benedicat nobis: Et illuminet vultū ſuū ſup nos ⁊ miſereat nři.

Ut cognoſcamꝰ in terra viā tuā: in om-

bus gentibus ſalutare tuum.
Cōfiteant tibi ppli deꝰ: ꝯfiteant tibi ppli om̄s
Letent ⁊ exultent gentes qm̄ iudicas populos
in equitate: ⁊ gentes in terra dirigis.
Confiteant tibi populi deus confiteantur tibi
populi om̄es: terra dedit fructū ſuum.
Benedicat nos deus deꝰ noſter benedicat nos
deus: ⁊ metuant eum omnes fines terre.
Requiem. An. Me ſuſcepit dextera tua dn̄e.
An. A poꝛta inferi. Pſalmus
EGo dixi in dimidio dierum meoꝛuꝫ: va-
dam ad poꝛtas inferi.
Queſiui reſiduū annoꝛum meoꝝ: dixi non vi
debo dn̄m deum in terra viuentium.
Non aſpiciā hoīem vltra: ⁊ habitatoꝛē quietis
Generatio mea ablata eſt: ⁊ cōuoluta eſt a me
quaſi tabernaculum paſtoꝛum.
Preciſa eſt velut a texēte vita mea dū adhuc oꝛ
direr ſuccidit me: de mane vſqꝫ ad veſperā fini-
Sperabā vſqꝫ ad mane: quaſi leo ſic [es me.
contriuit omnia oſſa mea.
De mane vſqꝫ ad veſperā finies me: ſicut pullꝰ
hyꝛūdinis ſic clamabo meditaboꝛ vt columba.
Attenuati ſūt oculi mei: ſuſpiciētes in excelſo.
Dn̄e vim patioꝛ reſpōde pꝛo me quid dicā aut
quid reſpondebit michi: cū ipſe fecerim
Recogitabo tibi om̄es annos meos: in amari-
tudine anime mee.

Dñe ſi ſic viuitur ⁊ in talibus vita ſpũs mei cor
ripies me ⁊ viuificabis me : ecce in pace amari-
tudo mea amariſſima.
Tu aũt eruiſti aĩam meam vt non periret: pro
ieciſti poſt tergum tuum oĩa peccata mea.
Qr nõ infernus ↄfitebit tibi neq; mors lauda-
bit te: nõ expectabũt q̃ deſcẽdũt in lacũ veritatẽ
Uiuens viuẽs ipſe confitebit tibi: ſicut ⁊ [tuã
ego hodie pater filiis notã faciet veritatẽ tuã.
Dñe ſaluũ me fac: ⁊ pſalmos noſtros cantabi-
mus cũctis dieb⁹ vite noſtre in domo domini.
Requiẽ. An. A porta inferi erue dñe aĩam me-
am. An. Omnis ſpiritus. Pſalmus.
Laudate dñm de celis: laud eũ i excelſis.
Laudate eum omnes angeli eius lau-
date eum omnes virtutes eius.
Laudate eum ſol et luna: laudate eum omnes
ſtelle et lumen.
Laudate eũ celi celorũ: et aque que ſuper celos
ſunt laudent nomen domini.
Qr ipſe dixit ⁊ fctã ſũt: ipſe mãdauit ⁊ creata ſũt
Statuit ea in eternum ⁊ in ſeculum ſeculi: pre-
ceptum poſuit ⁊ nõ preteribit.
Laudate dñm de terra: dracones ⁊ oẽs abyſſi.
Ignis grando nix glacies ſpiritus procellarũ
que faciunt verbum eius.
Mõtes ⁊ oẽs colles ligna fructifera ⁊ oẽs cedri.
Beſtie ⁊ vniuerſa pecora ſerpẽtes ⁊ volucres pẽ-
[nate.

eges terre ⁊ oēs ppłi: pꝛincipes ⁊ oēs iudices
uuenes ⁊ ꝟgines ſenes cū iunioꝛibꝰ [terre
laudēt nomē dn̄i: qꝛ exaltatū eſt nomen eiꝰ ſoliꝰ
ōfeſſio eiꝰ ſup̲ celū ⁊ terrā: et exaltauit coꝛnu
ymnus oībus ſanctis eius: filiis [ppłi ſui.
iſrael populo appꝛopinquāti ſibi.

Antate domino canticū nouū: laus eius
in eccleſia ſanctoꝛum.
etet iſrael in eo q̄ fecit eū: ⁊ filie ſyō exultēt in
audēt nomen eius in choꝛo: in [rege ſuo.
tympano ⁊ pſalterio pſallant ei.
uia beneplacitū eſt dn̄o in populo ſuo: ⁊ exal
tabit manſuetos in ſalutem.
xultabūt ſcti in gł'ia: letabunt i cubilibꝰ ſuis
xultatiōes dei in gutture eoꝛum: ⁊ gladii an
cipites in manibus eoꝛum.
d faciendā vindictā in natiōibꝰ increpatiōes
d alligandos reges eoꝝ in cōpe [in ppłis.
dibus: ⁊ nobiles eoꝝ in manicis ferreis.
t faciant in eis iudicium conſcriptuꝫ: gloꝛia
hec eſt omnibus ſanctis eius.

Audate dn̄m in ſanctis eius: laudate eū
in firmamento virtutis eius.
audate euꝫ in virtutibus eius: laudate eum
ſcdm multitudinem magnitudinis eius.
audate eū i ſono tube: laudate eū in pſalterio
audate eū in tympano ⁊ choꝛo: [⁊ cythara
laudate eum in coꝛdis ⁊ oꝛgano.

audate eũ in cymbalis beneſonãtibꝰ laudate
eũ i cymbalis iubilatiõis: oĩs ſpũs laudet dñm.
equiẽ. An. Om̃is ſpũs laudet dñm. ℣. Req-
em eternã dona eis dñe. ℟. Et lux ꝑpetua luce-
at eis. An. Ego ſum. Canticum zacharie.

Enedictus dñs deus iſrael: qꝛ viſitauit ⁊
fecit redemptionẽ plebis ſue.
t erexit cornu ſalutꝫ nobis: ĩ domo dauid pu-
icut locutus eſt per os ſctõꝝ: qui a eri ſui.
ſeculo ſunt prophetarum eius.
alutem ex inimicis noſtris: ⁊ de manu omni
um qui oderunt nos.
d faciendam miſericordiã cum patribus no
ſtris: ⁊ memorari teſtamenti ſui ſancti.
uſiurandũ quod iurauit ad abraham patrẽ
noſtrum: daturum ſe nobis.
t ſine timore de manu inimicorum noſtrorũ
liberati: ſeruiamus illi.
n ſctitate ⁊ iuſticia corã ipo: oĩbus diebꝰ nr̃is.
t tu puer propheta altiſſimi vocaberis: prei-
bis enim ante faciem dñi parare vias eius
d dandam ſcientiam ſalutis plebi eius: in re
miſſionem peccatorum eorum.
er viſcera miſericordie dei noſtri: in q̃bus vi-
ſitauit nos oriens ex alto.
lluminare his q̃ in tenebris ⁊ in vmbra mor-
tis ſedent: ad dirigẽdos pedes nr̃os ĩ viã pacis.
equiẽ. An. Ego ſum reſurrectio ⁊ vita q̃ cre-

dit in me etiam ſi moꝛtuus fuerit viuet: ⁊ om̄is
q̄ viuit ⁊ credit in me nō moꝛietur ineternū. Ky-
rieleyſon. Xp̄eleyſon. Kyꝛieleyſon. Pater noſter.

Xaltabo te dn̄e q̄m ſuſcepiſti me: nec dele
ctaſti inimicos meos ſuper me.

n̄e deus me⁹ clamaui ad te: ⁊ ſanaſti me.

n̄e eduxiſti ab inferno aīam meam: ſaluaſti
me a deſcendentibus in lacum.

ſallite dn̄o ſancti eius: et confitemini memo
rie ſanctitatis eius.

m̄ ira ī indignatiōe ei⁹: ⁊ vita in volūtate ei⁹.

d veſperū demoꝛabit᷑ flet⁹: et ad matutinū le
go autem dixi in abundantia mea [ticia.
non moueboꝛ in eternum.

n̄e ī volūtate tua: pꝛeſtitiſti decoꝛi meo v̄tutē

uertiſti faciē tuā a me: ⁊ fact⁹ ſū ꝯturbatus.

d te dn̄e clamabo: ⁊ ad deū meū depꝛecaboꝛ.

ue vtilitas in ſanguine meo: dū deſcēdo ī coꝛ
unqd cōfitebitur tibi puluis: [ruptionē.
aut annunciabit veritatem tuam.

udiuit dominus ⁊ miſertus eſt mei domin⁹
factus eſt adiutoꝛ meus.

onuertiſti planctū meū in gaudiū michi cōci
diſti ſaccū meū ⁊ circundediſti me leticia.

t cantet tibi gloꝛia mea ⁊ nō cōpungar: domi
ne de⁹ meus in eternū confiteboꝛ tibi.

equiē eternā dona eis dn̄e ⁊ lux perpetua lu-
ceat eis. ℣. A poꝛta inferi. ℟. Erue dn̄e animas

eoꝝ. ℣. Credo videre bona dñi. ℟. In t̄ra viuen
Eus cui pꝛopꝛiũ eſt miſe [tiũ. Oꝛem⁹
ceri ſemper ⁊ parcere pꝛopitiare aĩabus
famuloꝝ famularũq; tuarũ ⁊ omnia eoꝛũ pctã
dimitte vt moꝛtis vinculis abſoluti tranſire me
reantur ad vitam. Qui. [redacted]

Mnipotẽs ſẽpiterne de⁹ cui nũq̃ ſine ſpe
miſericoꝛde ſupplicatur: ꝑpitiare aĩe fa=
muli tui vel famule tue. N. vt qui de hac vita ĩ
tui nominis confeſſione deceſſit ſanctoꝛum tuo
rum numero facias aggregari. [redacted]

Eus cui⁹ mĩe nõ eſt numerus ſuſcipe ꝓ
aĩmab⁹ famuloꝝ tuoꝝ pontificũ pꝛeces
nr̃as: ⁊ lucis eis leticieq; regionẽ in ſanctoꝝ tuo
rum ſocietate concede. [redacted]

Nclina dñe aurẽ tuã ad p̃ces nr̃as q̃bus
mĩam tuã ſupplices dep̃camur vt aĩas fa
muloꝝ famularũq; tuarũ quas de hoc ſc̄lo mi=
grare iuſſiſti in pacis ac lucis regione cõſtituas
⁊ ſanctoꝛũ tuoꝝ iubeas eſſe conſoꝛtes. [redacted]

Nimab⁹ q̄s dñe oĩm fideliũ defũctoꝛũ
oꝛo pꝛoficiat ſupplicantiũ vt eas ⁊ a pec
catis omnibus exuas ⁊ tue redemptiõis facias
eſſe participes. Qui cum deo patre. ⁊c. Requieſ
cant in pace. Amen. [redacted]

¶ In feriis inter feſtũ animarũ ⁊ paſcha. [redacted]

Oce mea ad dominum clamaui: voce
mea ad dominum depꝛecatus ſum.

Effundo in conſpectu eius orationē meam: et
tribulationē meā ante ipm pronūcio.
In deficiendo ex me ſpiritum meum: ⁊ tu cog
nouiſti ſemitas meas.
In via hac qua ambulabam: abſconderūt ſu-
perbi laqueum michi.
Conſiderabam ad dexteram ⁊ videbam: ⁊ nō
erat qui cognoſceret me.
Periit fuga a me: ⁊ non eſt q̇ reqrat aīam meā.
Clamaui ad te dn̄e dixi tu es ſpes mea: portio
mea in tera viuentium.
Intēde ad depcationē meā: qr humiliat⁹ ſū ni
Libera me a perſequētibus me: quia [nis.
confortati ſunt ſuper me.
Educ de cuſtodia aīam meā ad cōfitendū noi
tuo: me expectāt iuſti donec retribuas michi.
Sancte ⁊ indiuidue trinitati ieſu xpi cruci
fixi hūanitati glorioſe marie vgini ſit ſempi
na glia ab oī creatura p infinita ſcl'oꝝ ſcl'a. amē
Benedictū ſit dulce nomē dn̄i nr̄i ieſu xpi ⁊ glorioſe
vginis matris matr ei⁹ in eternū ⁊ vltra. Amē
Nos cū ple pia bn̄dicat virgo maria. Amen.
Mūdi ſaluator ſit nobis auxiliator. Amen.
Et aīme omniū fidelium defunctorū per mi-
ſericordiam dei requieſcant in pace. Amen.
Da requiē cunctis deus hic ⁊ vbiqꝫ ſepultis: vt
ſint in requie propter tua vulnera quinqꝫ. Amē
Sit laus deo / pax viuis / ⁊ reqes defūctis. Amē

Iohānes papa. xii. ɔceſſit oībus dicētibus
orationē ſequētem tranſeundo p cymiteriū tot
annos indulgentiarū quot fuerunt ibi corpora
inhumata a conſtitutione ipſius cymiterii.

uete oēs aīe fideles quarū corpora hic ⁊
vbiq; requieſcūt in puluere dñs ieſus xp̄s
q̄ vos ⁊ nos redemit ſuo p̄cioſiſſimo ſanguie di-
gnet vos a penis liberare/ ⁊ inter choros ſuorū
ſanctorū angelorū collocare: ibiq; noſtri memores
ſuppliciter exorare vt vobis aſſociemur ⁊ vobiſ-
cum in celis coronemur. ℣. Nō intres in iudiciū
cū aīabus ſeruorū tuorū. ℟. Quia nō iuſtificabit
in ɔſpectu tuo omīs viuēs. Oremus

Domine ieſu xp̄e ſalus ⁊ liberatio fideliū
aīarū q̄ nō veniſti aīas perdere ſed ſalua-
re ⁊ dare aīam tuā in redēptionē p multis: imē-
ſam clementiā tuā ac ineffabilē miam tuā hu-
militer imploram⁹ vt aīas oīm fideliū defūcto-
rū in penis purgatorii cruciatas miſericorditer
reſpicere digneris: ⁊ que iuſte pro pctīs affligunt
tua benigniſſima pietate liberentur: ſubueniatq;
illis tua mia/ quas precioſo ſanguine redemiſti
Et p merita beatiſſime glorioſiſſimeq; v̄ginis
marie ⁊ oīm ſctōrū ⁊ ſanctarū eas ab inferorū cru-
ciatib⁹ liberare ⁊ inter aīas ſctōrū tuorū colloca-
re digneris: veſte quoq; īmortalitatis indui/ ⁊ pa-
radiſi amenitate iubeas ɔfoueri. Qui cū patre
⁊ ſpū ſctō viuis ⁊ regnas deus. Per oīa ſ. ſ. Amē



Hic incipiunt cōmendationes animarum.
[redacted]Eati īmaculati ī via: q̄ ābulāt in lege dñi
[redacted]eati qui ſcrutantur teſtimonia eius in
toto corde exquirunt eum. [redacted]
[redacted]on enim qui operantur iniquitatem: in viis
eius ambulauerunt.

u mandaſti: mandata tua cuſtodiri nimis.
inam dirigantur vie mee: ad cuſtodiendas
ſtificationes tuas.
ūc nō ɔfundar: cū ꝑſpexero in oībꝰ mādatis
onfitebor tibi in directiōe cordis: in [tuis.
eo ꝙ didici iudicia iuſticie tue.
uſtificationes tuas cuſtodiam: non me dere
linquas vſqꝫ quaqꝫ.
N quo corrigit adoleſcētior viam ſuam:
in cuſtodiendo ſermones tuos.
n toto corde meo exq̄ſiui te: ne repellas me a
n corde meo abſcondi elo= [mādatiꝭ tuis.
quia tua: vt non peccem tibi.
enedictꝰ es dn̄e: doce me iuſtificationes tuas
n labiis meis pronūciaui oīa iudicia oris tui
n mandatis tuis exercebor: ⁊ ɔſiderabo vias
n iuſtificationibus tuis medita= [tuas.
bor: nō obliuiſcar ſermones tuos.
Etribue ſeruo tuo viuifica me: vt cuſto=
diam ſermones tuos.
euela oculos meos: ⁊ ɔſiderabo mirabilia de
ncola ego ſum in terra: non ab= [lege tua.
ſcondas a me mandata tua.
oncupiuit anima mea deſiderare iuſtificati
ones tuas in omni tempore.
ncrepaſti ſupbos: maledicti q̄ declināt a mā=
ufer a me opprobriū ⁊ contem= [datiꝭ tuis
ptum: quia teſtimonia tua exquiſiui.

teni ſederũt pꝛicipes ⁊ aduerſ⁹ me loquebãt
ſeru⁹ autẽ tuus exercebať i iuſtificatiõib⁹ tuis.
am ⁊ teſtimonia tua meditatio mea eſt: ⁊ cõ-
ſilium meum iuſtificationes tue.
Dheſit pauimento anima mea: viuifi-
ca me ſecundum verbum tuum.
ias meas annunciaui et exaudiſti me: doce
me iuſtificationes tuas.
iam iuſtificationum tuarum inſtrue in me:
⁊ exerceboꝛ in mirabilibus tuis.
oꝛmitauit aĩa mea p̄ tedio: ꝯfirma me ĩ ver-
iam iniquitatis amoue a me: ⁊ de [bis tuis.
lege tua miſerere mei.
iã veritatis elegi: iudicia tua nõ ſũ oblitus.
dheſi teſtimoniis tuis dñe: noli me ꝯfũdere.
iam mandatoꝛum tuoꝛum cucurri: cum di-
lataſti coꝛ meum.
Egem pone michi dñe viam iuſtificati-
onum tuarum: ⁊ exquirã eã ſemper.
a michi intellectũ ⁊ ſcrutaboꝛ legem tuam: ⁊
cuſtodiam illam in toto coꝛde meo.
educ me in ſemita mandatoꝛum tuoꝝ: quia
nclina coꝛ meum in teſtimo [ipſã volui.
nia tua: ⁊ non in auariciam.
uerte oculos meos ne videant vanitatem in
via tua viuifica me.
tatue ſeruo tuo eloquiũ tuũ: in timoꝛe tuo.
mputa oppꝛobꝛiũ meũ quod ſuſpicatus ſuꝫ

quia iudicia tua iocunda.

Ecce ꝯcupiui mādata tua: in eq̄tate tua viuifi-

Et veniat super me mīa tua domi [ca me.

ne salutare tuum secūdū eloquium tuum.

Et respondebo exprobrantibus michi verbū:

quia speraui in sermonibus tuis.

Et ne auferas de ore meo verbū veritatis vsq̄

quaq̄: quia in iudiciis tuis supersperaui.

Et custodiā legē tuā sēp: in sclm̄ ⁊ i sclm̄ seculi

Et ābulabā in latitudie q2 mādata tua exq̄siui

Et loquebar in testimoniis tuis in conspectu

regum: ⁊ non confundebar.

Et meditabar in mandatis tuis: q̄ dilexi.

Et leuaui manus meas ad mandata tua que

dilexi: ⁊ exercebor in iustificatiōibus tuis.

Memor esto verbi tui seruo tuo in quo mi

chi spem dedisti.

Hec me consolata est in humilitate mea: quia

eloquiū tuum viuificauit me.

Superbi inique agebant vsq̄quaq̄: a lege au-

tem tua non declinaui.

Memor fui iudicior̄ tuor̄ a seculo dn̄e: ⁊ ꝯsola-

Defectio tenuit me pro peccatoribus [tus sū.

derelinquentibus legem tuam.

Cantabiles michi erant iustificationes tue: in

loco peregrinationis mee.

Memor fui nocte nominis tui domine: ⁊ custo

diam legem tuam.

ec facta ē michi: qꝛ iuſtificatōes tuas exqſiui
oꝛcio mea dñe: dixi cuſtodire legē tuam.
epꝛecatus ſum faciē tuam in toto coꝛde meo
miſerere mei ſecundū eloquiū tuum.
ogitaui vias meas et conuerti pedes meos:
in teſtimonia tua.
aratꝰ ſū ⁊ nō ſū turbatꝰ: vt cuſtodiā mādata
unes peccatoꝛum circumplexi ſunt [tua.
me: ⁊ legem tuā nō ſum oblitus.
edia nocte ſurgebam ad confitendū tibi: ſu-
per iudicia iuſtificationis tue.
articeps ego ſum omnium timentium te: et
cuſtodientium mandata tua.
iſericoꝛdia tua domine plena eſt terra: iuſti-
ficationes tuas doce me.
Onitatem feciſti cum ſeruo tuo domine
ſecundum verbum tuum.
onitatē ⁊ diſciplinā et ſcientiā doce me: quia
in mandatis tuis credidi.
iuſq̄ humiliarer ego deliqui: pꝛopterea elo-
quium tuum cuſtodiui.
onus es tu: et in bonitate tua doce me iuſtifi
cationes tuas.
ultiplicata eſt ſuper me iniq̄tas ſupboꝝ: ego
autē in toto coꝛde meo ſcrutaboꝛ mādata tua.
oagulatum eſt ſicut lac coꝛ eoꝛum: ego vero
legem tuam meditatus ſum.
onum michi quia humiliaſti me: vt diſcam

iuſtificationes tuas.
onũ mihi lex oꝛis tui: ſup milia auri ⁊ argẽti
An⁹ tue fecerũt me et plaſmauerũt me:
da michi intellectũ vt diſcã mãdata tua
ui timent te videbunt me ⁊ letabũtur: quia
in verba tua ſuperſperaui.
ognoui domine quia equitas iudicia tua: et
in veritate tua humiliaſti me.
iat mĩa tua vt ꝯſolet me: ſcđm eloquiũ tuuꝫ
eniant michi miſeratiões tue [ſeruo tuo.
⁊ viuam: quia lex tua meditatio mea eſt.
õfundant ſupbi quia iniuſte iniquitatẽ fece
runt in me: ego autẽ exercebor in mãdatis tuis
õuertant michi timẽtes te: ⁊ q̃ nouerũt teſti-
iat coꝛ meũ imaculatũ in iu- [monia tua
ſtificationibus tuis: vt nõ confundar.
Efecit in ſalutare tuuꝫ anima mea: ⁊ in
verbũ tuũ ſuperſperaui.
efecerunt oculi mei in eloquiũ tuũ: dicentes
quando conſolaberis me.
uia factus ſum ſicut vter in pꝛuina: iuſtifica
tiones tuas non ſum oblitus.
uot ſunt dies ſerui tui: quando facies de per
ſequentibus me iudiciũ.
arrauerũt michi iniq̃ fabulatiões: ſed nõ vt
ĩnia mandata tua veritas: iniqui [lex tua.
perſecuti ſunt me adiuua me.
aulominus conſũmauerũt me in terra: ego

autem non dereliqui mandata tua.
ecundũ miſericoꝛdiã tuã viuifica me: et cu-
ſtodiam teſtimonia oꝛis tui.
eternũ dñe: verbũ tuũ ꝑmanet in celo.
n generatiõe ⁊ generationem veritas
tua: fundaſti terrã ⁊ ꝑmanet.
ꝛdinatiõe tua ꝑſeuerat dies: qm̃ oĩa ſeruiunt
iſi ꝙ lex tua meditatio mea eſt: tunc [tibi
foꝛte periſſem in humilitate mea.
n eternũ nõ obliuiſcar iuſtificatiões tuas: in
ipſis viuificaſti me.
uꝰ ſũ ego ſaluũ me fac: qꝛ iuſtificatões tuas
e expectauerũt peccatoꝛes vt per- [exquiſiui.
derent me: teſtimonia tua intellexi.
mnis conſummationis vidi finẽ: latũ man-
datum tuũ nimis.
Quomodo dilexi legẽ tuaꝫ domine: tota
die meditatio mea eſt.
uper inimicos meos pꝛudentẽ me feciſti mã
dato tuo: quia in eternũ michi eſt.
uper oĩes docentes me intellexi: quia teſti-
monia tua meditatio mea eſt.
up ſenes intellexi: qꝛ mãdata tua queſiui
b omi via mala pꝛohibui pedes meos: vt cu
ſtodiam verba tua.
iudiciis tuis nõ declinaui: qꝛ tu legẽ poſuiſti
uã dulcia faucibus meis eloquia [michi
tua ſuper mel oꝛi meo.

mādatis tuis intellexi: propterea odiui om-
nem viam iniquitatis.

Ucerna pedibus meis verbum tuum:
⁊ lumen ſemitis meis.

uraui ⁊ ſtatui: cuſtodire iudicia iuſticie tue.

umiliatus ſum vſqꝫquaqꝫ dñe: viuifica me
ſecundum verbum tuū.

oluntaria oris mei beneplacita fac dñe: ⁊ iu-
dicia tua doce me.

nima mea in manibus meis ſemp̄: ⁊ legem
tuam non ſum oblitus.

oſuerunt peccatores laqueū michi: ⁊ de man-
datis tuis non erraui.

ereditate acquiſiui teſtimonia tua ineternū:
quia exultatio cordis mei ſunt.

nclina cor meū ad faciēdas iuſtificatiōes tu-
as ineternū: propter retributionem.

Niquos odio habui: ⁊ legē tuā dilexi.

diutor ⁊ ſuſceptor meꝰ es tu: ⁊ in ver-
bum tuū ſuperſperaui.

eclinate a me maligni: ⁊ ſcrutabor mandata dei mei

uſcipe me ſcd̄m eloquiū tuū ⁊ vi-
uam: ⁊ nō ꝯfundas me ab expectatiōe mea.

diuua me ⁊ ſaluus ero: ⁊ meditabor in iuſti-
ficationibus tuis ſemper.

preuiſti omnes diſcedentes a iudiciis tuis:
quia iniuſta cogitatio eoꝝ.

reuaricātes reputaui om̄es peccatores terre:
ideo dilexi teſtimonia tua.

ōfige timoꝛe tuo carnes meas: a iudiciis eni
eci iudiciū ⁊ iuſticiā: non tra= [tuis timui
das me calūniantibus me.
uſcipe ſeruū tuū i bonū: nō calūnient me ſu=
culi mei defecerunt in ſalutare tu= [perbi.
um: ⁊ in eloquiū iuſticie tue.
ac cum ſeruo tuo ſecundū miſericoꝛdiā tuā:
⁊ iuſtificatiōes tuas doce me.
eruus tuus ſum ego da michi intellectu3: vt
ſciam teſtimouia tua.
empus faciendi dñe diſſipauerūt legē tuā
deo dilexi mādata tua: ſup auꝝ ⁊ topazion.
ꝛopterea ad omnia mandata tua dirigebar:
omnē viā iniquā odio habui.
Jrabilia teſtimonia tua dñe: ideo ſcruta
ta eſt ea anima mea.
eclaratio ſermonū tuoꝝ illuminat: ⁊ intel=
lectū dat paruulis.
s meū aperui ⁊ attraxi ſpm̄: qꝛ mandata tua
ſpice in me ⁊ miſerere mei: ſe [deſiderabā
cundū iudiciū diligentiū nomen tuū.
eſſus meos dirige ſcd̄m eloquiū tuū: ⁊ non
dominetur mei oīs iniuſticia.
edime me a calūniis hoim: vt cuſtodiā man
aciē tuam illumina ſuper ſeruū [data tua.
tuū: ⁊ doce me iuſtificationes tuas.
xitus aquaꝝ deduxerunt oculi mei: quia nō
cuſtodierunt legem tuā.

uſtus es domine: ⁊ rectū iudiciū tuū.
ādaſti iuſticiā teſtimonia tua: ⁊ veritatē tuā
abeſcere me fecit zelus tuus: quia [nimis
obliti ſunt verba tua inimici mei.
gnitum eloquium tuum vehementer: ⁊ ſer-
uus tuus dilexit illud.
doleſcentulus ſum ego ⁊ contēptus: iuſtifi-
cationes tuas non ſum oblitus.
uſticia tua iuſticia in eternū: ⁊ lex tua ꝟitas.
ribulatio ⁊ anguſtia inuenerunt me: man-
data tua meditatio mea eſt.
quitas teſtimonia tua in eternū: intellectuꝫ
da michi ⁊ viuam.
Clamaui ī toto coꝛde meo exaudi me dñe
iuſtificatiões tuas requiram.
lamaui ad te ſaluū me fac: vt cuſtodiā man-
reueni in maturitate ⁊ clamaui [data tua
quia in verba tua ſuperſperaui.
reuenerunt oculi mei ad te diluculo: vt me-
ditarer eloquia tua.
ocem meā audi ſecundū miſericoꝛdiā tuam
dñe: ⁊ ſecundū iudiciū tuū viuifica me.
ppꝛopinquauerūt perſequētes me iniq̄tati:
a lege autē tua longe facti ſunt.
ope es tu dñe: ⁊ omēs vie tue veritas.
cognoui de teſtimoniis tuis: qꝛ in eter-
num fundaſti ea.
ide humilitatē meam ⁊ eripe me: quia

legem tuā nō ſum oblitus.
udica iudiciū meū ⁊ redime me: ꝓpter elo-
quium tuū viuifica me.
onge a pctōꝛibus ſalus: quia iuſtificationes
tuas non exquiſierunt.
ie tue multe dñe: ſcđm iudiciū tuū viuifica
ulti qui pſequunt me ⁊ tribulāt me: [me
a teſtimoniis tuis nō declinaui.
idi pͣuaricātes ⁊ tabeſcebā: qꝛ eloqa tua nō cu
ide qm̄ mandata tua dilexi dñe: [ſtodierūt
in miſericoꝛdia tua viuifica me.
rincipiū verboꝝ tuoꝝ veritas: in eternum
om̄ia iudicia iuſticie tue.
Rincipes perſecuti ſūt me gratis: ⁊ a ver
bis tuis foꝛmidauit coꝛ meū.
etaboꝛ ego ſup eloqa tua: ſicut q̄ īuenit ſpolia
niquitatem odio habui ⁊ abomi [multa.
natus ſum: legē autem tuam dilexi.
epties in die laudē dixi tibi: ſup iudicia iuſti-
ax multa diligentibus legē tuā: [cie tue.
⁊ non eſt illis ſcandalum.
xpectabā ſalutare tuū dñe: ⁊ mādata tua di-
uſtodiuit aīma mea teſtimonia tua: [lexi
⁊ dilexi ea vehementer.
eruaui mandata tua ⁊ teſtimonia tua: quia
om̄es vie mee in conſpectu tuo
ppꝛopinquet depꝛecatio mea in ꝯſpectu tuo
dñe: iuxta eloquiū tuū da michi intellectū.

Intret poſtulatio mea in conſpectu tuo: ſecun
dum eloquium tuum eripe me.
Eructabunt labia mea hymnum: cum docue-
ris me iuſtificationes tuas.
Pronūciabit lingua mea eloquium tuū: quia
omnia mandata tua equitas.
Fiat man⁹ tua vt ſaluet me: qm̄ mandata tua
Concupiui ſalutare tuū dn̄e: ⁊ lex tua [elegi.
meditatio mea eſt.
Uiuet aīma mea ⁊ laudabit te: ⁊ iudicia tua ad
iuuabunt me.
Erraui ſicut ouis que periit: quere ſeruū tuū
dn̄e quia mandata tua non ſum oblitus.
Requiē eter. ⁊c. Kyrieleyſon. Xp̄eleyſon. Kyrie-
leyſon. Pater noſter. Aue maria. Pſalmus.
Domīe ꝓbaſti me ⁊ cognouiſti me: tu co-
gnouiſti ſeſſionē meā ⁊ reſurrectionem
Intellexiſti cogitatiōes meas de lōge: [meā
ſemitā meā ⁊ funiculum meū inueſtigaſti.
Et omnes vias meas pꝛeuidiſti: qꝛ nō ē ſermo
Ecce dn̄e tu cognouiſti oīa [in lingua mea.
nouiſſima et antiqua: tu foꝛmaſti me et poſui-
ſti ſuper me manum tuam.
Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me: confoꝛta
ta eſt ⁊ non potero ad eam.
Quo ibo a ſpū tuo: ⁊ quo a facie tua fugiam.
Si aſcendero in celum tu illic es: ſi deſcendero
ad infernum ades.

i ſumpſero pennas meas diluculo: ⁊ habita-
uero in extremis maris.
tenim illic manus tua deducet me: ⁊ tenebit
me dextera tua.
t dixi forſitan tenebre ꝯculcabunt me: ⁊ nox
illuminatio mea in deliciis meis.
uia tenebre nō obſcurabunt a te/ ⁊ nox ſicut
dies illuminabit: ſicut tenebre ei⁹ ita ⁊ lumē ei⁹
uia tu poſſediſti renes meos: ſuſcepiſti me
de vtero matris mee.
ōfitebor tibi qꝛ terribiliter magnificatus es
mirabilia opa tua ⁊ aīa mea cognoſcet nimis.
on eſt occultatū os meū a te qđ feciſti ī occul-
to: ⁊ ſubſtātia mea in inferioribus terre.
mpfectū meū viderūt oculi tui ⁊ in libro tuo
omes ſcribent: dies formabunt ⁊ nemo in eis.
ichi aūt nimis honorificati ſūt amici tui de-
us: nimis cōfortatus eſt principatus eoꝝ.
inumerabo eos ⁊ ſuper arenā multiplicabū-
tur: exurrexi ⁊ adhuc ſum tecū.
i occideris de⁹ pctōres: viri ſanguinū declina
uia dicitis in cogitatione: accipi- [te a me.
ant in vanitate ciuitates ſuas.
onne qui oderunt te dn̄e oderam: ⁊ ſuper ini
micos meos tabeſcebam.
erfecto odio oderā illos: ī imici facti ſūt mihi
roba me deus ⁊ ſcito cor meū: interroga me
⁊ cognoſce ſemitas meas.

[redacted]t vide ſi via iniq̄tatis in me eſt: ⁊ deduc me ī
via eterna.[redacted]equiē. ℣. A porta inferi. ℟. Erue
dn̄e aīas eoꝝ. ℣. Credo videre bona dn̄i. ℟. In
terra viuētiū. Dn̄e exaudi oꝛationē meam. Et
clamoꝛ meus ad te veniat. [redacted]Oꝛemus.
Tibi dn̄e cōmendamꝰ animā famuli tui
N. ⁊ aīas famuloꝝ famularūq̄ tuarū
vt defuncti ſclo tibi viuāt ⁊ que p̄ fragilitatē mū
dane ↄuerſatiōis pctā admiſerunt tu venia mi-
ſericoꝛdiſſime pietatis abſterge. Per xp̄m dn̄m
noſtrū. Amen. Requieſcant in pace. Amen.
[redacted]Oꝛatio ad ſanctam crucem.[redacted]
Salue ſalue rex ſanctoꝝ / ſpes notiua pec-
catoꝝ / in hoc tanq̄ reus pendens homo
verus deus / caducis nutās genibus. O q̄ pau-
per o q̄ nudus / qualis es in cruce ludus / deriſo-
rum totus factus / ſponte tamen nō coactus / at-
tritus membꝛis omnibus.[redacted]
Salue ſalue ieſu bone / fatigatus in agone / qui
per lignū es diſtractus / ⁊ ad lignū es coactus ex
panſis ſanctis manibus. In hac cruce te cruen-
tem / ⁊ diſtentū ⁊ ↄtemptū / vt te querā me īpel-
le / ⁊ hoc meū imple velle facturus qd̄ deſidero.
Ut te querā mēte pura / ſit hec mea pꝛima cura
non eſt laboꝛ nec grauaboꝛ / ſed ſanaboꝛ ⁊ mun-
daboꝛ / cū te cōplexus fuero. Amen.[redacted]

¶ Sequunt̄ pſalmi de paſſione chꝛiſti.



Eus deꝰ meꝰ reſpice ĩ me quare me dere-
liqſti: lõge a ſalute mea v̄ba delictoꝝ me
eus meꝰ clamabo per diẽ ⁊ non ex- oꝝum
audies: ⁊ nocte ⁊ nõ ad inſipientiã michi.
u autem in ſancto habitas: laus iſrael
n te ſpauerũt p̄res nr̄i: ſpauer̄t ⁊ liberaſti eos

n te clamauerunt ⁊ ſalui facti ſunt: in te ſpe-
rauerunt ⁊ non ſunt confuſi.
go autem ſum vermis et non homo oppro-
brium hominum ⁊ abiectio plebis.
mnes videntes me deriſerunt me locuti ſũt
labiis ⁊ mouerunt caput.
perauit in domino eripiat eũ ſaluum faciat
eum quoniam vult eum.
m̃ tu es qui extraxiſti me de vẽtre ſpes mea
ab vberibus matris mee in te proiectus ſuȝ ex
e ventre matris mee deus meus [vtero.
es tu ne diſceſſeris a me.
m̃ tribulatio proxima eſt qm̃ non eſt qui ad-
ircũdederũt me vituli multi tauri [iuuet.
pingues obſederunt me.
puerũt ſup me os ſuũ ſicut leo rapiẽs ⁊ rugiẽs
icut aqua effuſ⁹ ſũ ⁊ diſpſa ſũt oĩa oſſa mea.
actum eſt cor meũ tanq̃ cera liqueſcens: in
medio ventris mei.
ruit tanq̃ teſta virtus mea ⁊ lingua mea ad
heſit faucib⁹ meis ⁊ in puluerẽ mortꝫ deduxiſti
m̃ circũdederunt me canes multi: [me.
conſilium malignantium obſedit me.
oderunt manus meas ⁊ pedes meos: dinu-
merauerunt omnia oſſa mea.
pſi vero conſiderauerunt et inſpexerunt me
diuiſerũt ſibi veſtimenta mea: et ſuper veſtem
meam miſerunt ſortem.

u autem dñe ne elõgaueris auxilium tuū a
me: ad defenſionē meā conſpice.
rue a framea deꝰ aīaꝫ meā: ⁊ de manu canis
alua me ex oꝛe leonis: ⁊ a coꝛ= [vnicā meā.
nibus vnicoꝛniū humilitatē meā.
arrabo nomē tuū fratribus meis: in medio
eccleſie laudabo te.
ui timetis dñm laudate eum: vniuerſum ſe
men iacob gloꝛificate eum.
imeat eum om̄e ſemen iſrael: qm̄ non ſpꝛe=
uit neqꝫ deſpexit depꝛecationē pauperis.
ec auertit faciem ſuā a me: ⁊ cum clamarem
ad eum exaudiuit me.
pud te laus mea ī eccleſia magna: vota mea
reddam in conſpectu timentiū eum.
dent pauꝑes ⁊ ſaturabunt ⁊ laudabūt dñm
q req̄rūt eū viuēt coꝛda eoꝝ in ſclm ſeculi.
eminiſcent ⁊ ꝯuertent ad dñm: vniuerſi fi=
t adoꝛabūt in conſpectu eius: [nes terre.
vniuerſe familie gentiū.
m̄ dñi eſt regnū: ⁊ ipſe dominabit gentiū
āducauerūt ⁊ adoꝛauerūt oēs pigues terre:
in ꝯſpectu eius cadūt oēs q̄ deſcendūt in terrā.
t aīa mea illi viuet: ⁊ ſemen meū ſeruiet ipſi
nnūciabit dño gn̄atio ventura: ⁊ annūciabūt
celi iuſticiā eius populo q̄ naſcet quē fecit dñs.
Dominus regit me ⁊ nichil michi deerit
in loco paſcue ibi me collocauit.

up aquã refectionis educauit me: aĩam meã
eduxit me ſuper ſemitas iuſticie: [ꝯuertit
propter nomen ſuum.
am ⁊ ſi ambulauero in medio vmbre mortꝭ
nõ timebo mala quoniã tu mecũ es.
irga tua ⁊ baculus tuus: ipſa me cõſolata ſũt
araſti in conſpectu meo menſam: aduerſus
eos qui tribulant me.
mpinguaſti in oleo caput meũ: ⁊ calix meus
inebrians ꝙ̃ preclarus eſt.
t mĩa tua ſubſequet̃ me: oĩb⁹ dieb⁹ vite mee
t vt inhabitẽ in domo dñi: ĩ lõgitudinẽ dieꝝ
DOmini eſt terra ⁊ plenitudo eius: [ps.
orbis terrarꝝ ⁊ vniuerſi q̃ habitant in eo.
ipẽ ſup maria fũdauit eũ: ⁊ ſup flumĩa p̄pa
uis aſcendet in montẽ dñi: aut [rauit eũ.
quis ſtabit in loco ſancto eius.
nnocẽs manibus ⁊ mũdo corde: q̃ nõ accepit
in vano aĩam ſuã: nec iurauit ĩ dolo p̄ximo ſuo
ic accipiet bñdictionẽ a dño: ⁊ miam a deo ſa
ec eſt generatio querentiũ eũ: [lutari ſuo.
querentiũ faciem dei iacob.
ttollite portas principes veſtras ⁊ eleuami=
ni porte eternales: ⁊ introibit rex glorie.
uis eſt iſte rex glorie: dominus fortis ⁊ potẽs
ons potens in prelio.
ttollite portas principes veſtras ⁊ eleuami=
ni porte eternales: ⁊ introibit rex glorie.

uis eſt iſte rex gl'ie: dñs virtutū ipſe eſt rex gl'ie
D te dñe leuaui aīam meā : deus ps.
meus in te confido non erubeſcam.
ecꝫ irrideant me inimici mei: etenim vniuer
ſi qui ſuſtinent te non confundentur.
onfundantur oẽs iniqua agẽtes ſuꝑuacue
ias tuas dñe demonſtra michi: ⁊ ſemitas tu-
as edoce me.
irige me in veritate tua ⁊ doce me quia tu es
deus ſaluatoꝛ meus: ⁊ te ſuſtinui tota die.
eminiſcere miſerationū tuaꝝ dñe: et miſeri-
coꝛdiarum tuarū que a ſeculo ſunt.
elicta iuuẽtutꝭ mee ⁊ ignoꝛātias meas ne me
ecundū miſericoꝛdiā tuā memẽ [mineris.
to mei tu: pꝛopter bonitatẽ tuā dñe.
ulcis et rectus dñs: pꝛopter hoc legem dabit
delinquentibus in via.
iriget māſuetos in iudicio: docebit mites vi-
niuerſe vie dñi mīa ⁊ veritas: re- [as ſuas.
qrentibus teſtamentū eius ⁊ teſtimonia eius
ꝛopter nomẽ tuū dñe pꝛopitiaberis peccato
meo: multum eſt enim.
uis eſt homo qui timet dñm: legem ſtatuit
ei in via quam elegit.
nima eius in bonis demoꝛabitur: et ſemen
eius hereditabit terram.
irmamentū eſt dñs timentibus eū: et teſta-
mentū ipſius vt manifeſtetur illis.

culi mei ſemper ad dominum: quoniam ipſe
euellet de laqueo pedes meos.
eſpice i me ⁊ miſerere mei: qꝛ vnic⁹ ⁊ paup ſū
ribulatiões coꝛdis mei multiplicate [ego
ſunt: de neceſſitatibus meis erue me.
ide humilitatem meam ⁊ laboꝛem meum ⁊
dimitte vniuerſa delicta mea.
eſpice inimicos meos qm̄ multiplicati ſunt:
⁊ odio iniquo oderunt me.
uſtodi animā meā ⁊ erue me: non erubeſcaꝫ
quoniam ſperaui in te.
nnocētes ⁊ recti adheſerūt mihi: qꝛ ſuſtinui te
